FL. SCHVYL,

Inſtitutionum Medicarum &
Botanices Profeſſor Publicus.

PRO

VETERI MEDICINA.



LUGD. BAT. & AMSTELOD.
Apud GAASBEQUIOS,
cIↄ Iↄ c LXX.


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

TYPOGRAPHI LECTORI.

S. P. D.

D*octorum*, *Candide Lector*, *Virorum*, qui ſtudiis in fluxili hac miſeriarum labyrintho floruere unquam, vigilias, labores ac ſtudia, quibus juventuti fragilitatique humanæ conſulere reique publicæ prodeſſe conati fuere, invidiæ tenebris, oblivioniſque cineribus tradere, putredini deferre, tineiſque corrodenda devovere; nefas piaculumque eſſe, nemo, uti putamus, inficias ibit: nam ut *Senex* aphor. 1. ſect. 1. ajit;

ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, vita brevis, ars longa: Operæ pretium duximus, tractulum hunc(*Excellentissimi Clarissimique Viri D. Florentii Schuyl P. M. institutionum ac Botanices in florentissimâ hac Lugduno-Batavâ Academiâ Professoris publici vigilantissimi*) flagranti desiderio à plurimis tam diu exspectatum, ex scriptis quantum possibile deprompptum, typis evulgare ac publici juris facere. De febribus solummodò restat; exoptandum quidem esset ut ad finem perduxisset huncce libellum, & *tanto Viro* ætatis flore atque vigore gaudenti illachrymabilis mors pepercisset, quo plures studiorum fructus hominum

fraga-

fragalitati commodos ferre potuiſſet ; aſt præmaturâ morte extinctus , ac ex inquietudinum hac valle à *Deo Optimo Maximo* ad Cæleſtia ſublatus :

Verum illud Horatii Carminum Lib. ij. Ode. xvj.

Viſendus ater flumine languido
Cocytus errans,& Danäi genus
Infame ; damnatuſque longi
Siſyphus Æolides laboris.

& Carminum Lib. j. Ode. xxviij.

------ *omnes una manet nox ,*
Et calcanda ſemel via lethi.

nec inſubidè idem Canit, Ode. tertiâ Carminum Lib. ij.

Omnes

Omnes eodem cogimur: omnium
Verſatur urna: ſerius ocyus
Sors exitura.
ſic enim voluit
Summus ille Optimus.

Cæterum hiſce (*ſtudioſe Lector*) bene & diu fruere, ac tanti *Viri* poſthumo fœtui typographiſque favore ne dedigneris.

FLO-

FLORENTIUS SCHUYL PRO VETERI MEDICINA.

Confutationem impudentissimi Libelli justa extorsit indignatio. Quis enim æquo animo ferat, hominem nomine duntaxat & professione Medicum, non alia de causa, quàm quia Sylvius Praxin suam candidè & liberaliter Orbi Literario impartivit, expressis verbis editoque libello effutire, *sibi duntaxàt cordi esse Sylvium*, Veteranum Practicum, *perstringere*[1]? & quidem tàm contumeliosè, ut ipsum non pudeat, Virum Clarissimum, & de re Medica optimè meritum vocitare *insignem erronem*[2], nec *devium*[3] modò, sed &

1. Pag. 4. 2. Pag. 16. 3. Pag. 65.

obcœcatum, *insulsum*[4], *sedulum nugarum actorem*[5], *fumivendulum*[6], *plagiarium*[7], *omnium post homines natos Medicorum opiniosissimum*[8], *audaculum Veterum sibilatorem*[9], imò *Medicis iniquum*[10], *perduellem*, & quod magis est, *perditissimæ Doctrinæ hominem*[11], *qui*, quod illius generis homines maximè urit, *sibi viam ad tyrannidem munit*[12]: &, quo nihil contumeliosius in Professorem dici aut fingi potest, *qui datâ operâ errori litet*[13], atque *Medicinæ pomœria funditùs subruere tentet*[14], & *Praxin* illius appellat *Monstrum*[15], *figmenta*, *venenum*[16] & quicquid rabies illi dictare potuit.

Nec satis est Sylvium calumnias has contemsisse, refutandus est Blatero, ne videatur cuivis impunè licere Batavas Athenas Lacessere.

Labi humanum est, quisque suos pati-

4. Pag. 76. 5. Pag. 46. 6. Pag. 53. 7. Pag. 6. 8. Pag. 7. 9. Pag. 18. 10. Pag. 53. 37. 11. Pag. 53. 12. Pag. 2. 13. Pag. 16. 14. Pag. 4. 15. Præf. pag. 1. 16. Ibid. pag. 4.

patimur manes, optimus ille, qui minimis premitur. Nec Sylvius, nec quiſquam veritatis amans ingenuam admonitionem recuſat. Sed quis ferat hominem, qui ignorat quid ſit intelligere: qui ne quidem ſupra rudes ſenſus ſuos ſapit: cui craſſum tenebricoſum & veritatis ſtudioſis dudum exploſum illud poſtulatum in hoc Scientiarum meridie, etiamnum arridet, *Nihil eſſe in Intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu:* [1] qui Chymiam, inſigne veritatis Medicæ inſtrumentum, palam contemnit; ejuſque peritos ut *bardam gentem & Ciniflones* traducit: [2] Qui denique aliorum humeris, ut nervis alienis mobile lignum circumferri mavult, quàm proprio judicio fidere [3], quis, inquam, ferat, hoc humaniſſimæ Gallicæ gentis opprobrium, ruſticam ſuam cenſoriam virgulam tàm inſulsè ſtringere in ea, quæ non magis intelligit, quàm quid virum honeſtum de-

A 2 ceat;

1. Pag. 11. 2. Pag. 77. 3 Pag. 80.

ceat; tàm incondito garritu & diſſoluto furore omni modeſtiâ poſthabitâ Sacras Muſas interſtrepere; calumniis tàm impudenter proſcindere Inclytæ Academiæ Lugduno-Batavæ Profeſſorem Medicæ Praxeos Primarium, Virum experientiſſimum, indefeſſâ diligentia de ſtudioſa Juventute optimè merentem. Ego certè putavi tantillum me debere honori Facultatis Medicæ atque exiſtimationi Collegæ conjunctiſſimi, ut hominis audaciæ obviam irem, demonſtraturus jejunum hunc Medicum in Philoſophia, Medicina, Hippocrate itidem & bonis auctoribus planè hoſpitem, Sylvium non modò nuſpiam refutaſſe, ſed ne veroſimile quidem argumentum illi objeciſſe: &, quod ſeriò notatum velim, ipſum Sylvio nunquam contradixiſſe, quin Hippocrati pariter aliiſque Veteribus turpiter contradixerit; illudque præſtitiſſe ut veritatis amantes dubitaturi ſint,
ſitne

ſitne le Vaſſeur indoctior, an impudentior.

Præfatio, ut inde ordiar, quam per ingenioſam proſopopœian Bibliopola bellulo iſti opuſculo præfixiſſe fingitur, præter calumnias hoc unicè Lectori inculcat, quaſi id ex Titulo non ſatis conſtaret, litem intentari *Triumvirali humori Sylvii*, in quo eo loco nihil carpit, præterquam quòd *Sylvius è rebus* (perſonis dicere voluit) *Imperii ad res ægrotantium Triumviratûs nomen audaculè traduxerit*. Grande videlicet crimen, nec niſi famâ aut vitâ piandum! Sylvius dicere auſus fuit eſſe in Inteſtinis humorum *Triumviratum*; & nota quantâ cum modeſtiâ hoc nomine uſus fuerit Praxeos ſuæ pag. 93. *Si*, inquit, *terminis Helmontianis impunè uti licet*. Sed veniam tibi non concedit, conjunctiſſime Collega, hic importunus Cenſor. Cave & tibi Hippocrates, qui lib. de Flat. IV. 9. auſus fuiſti aëra vocare

μέγιστον δυνάστην *maximum Dominum*; nec veritus fuiſti Aph. 5. S. III. aſſerere Auſtrum & Aquilonem δυναστεύειν *imperium ſive Dominatum tenere* : & Lib. de Corde, ut infinita alia hùc facientia taceam, ipsâ *imperandi* voce ἄρχειν abuteris. Sed verò quàm frequens apud Medicos eſt mentio *prædominii* humorum, qualitatum, temperamentorum, &c. Nec quiſquam adeò in Medicina hoſpes eſt, qui neſciat partes humani corporis diſpeſci in *Principes*, penès quas eſt *imperium*, & *ſubditas*, quibus relicta eſt obſequii gloria. Hinc apud quoſdam cor, apud alios cerebrum paſſim Regis, Principis & Gubernatoris nomine exornatur. quâ de re ſi perorantem audiviſſet diſertum Laurentium vel ullum bonum Authorem cum judicio legiſſet, *phraſes ab imperio ad rem Medicam traductæ*, apud omnes omninò Medicos uſitatiſſimæ, tàm novæ aut duræ non apparuiſſent vitiligatori. Apud Chymicos

nicos denique, Paracelſum præſer-
im & Helmontium, vocem *Archëi*
centies occurrere, atque hunc de
Duûm Viratu totos Tractatus ſcripſiſ-
ſe, neminem, uti opinor, fugit, præ-
ter unicum Doctorem Le Vaſſeur,
cui hic modus loquendi ut ut omni-
bus, quotquot de re Medicâ com-
mentati ſunt, familiaris, prorſus no-
vus, inauditus & inſolens videtur.

Deinde, ne ſolus videatur inſanire,
Lectori perſuadere ſatagit Anteſigna-
num Sylvianæ ſententiæ oſorem, at-
que futilis ſui Libelli proxœnetam
eſſe D. Petrum Auguſtinum Rom-
pſium, qui (nota ſtupendam hominis
arrogantiam) teſte Doctore Le Vaſ-
ſeur de ſe ipſo, neminem in rerum na-
tura invenire potuit, præter hunc Sa-
pientum Octavum, qui Sylvii funda-
menta ſubrueret ſolidiùs. Verba, ſci-
licet, Bibliopolæ Libellum Le Vaſſeur
commendántis ſic ſonant: *Petrus Au-
guſtinus Rompſius Auctori*, videlicet Le

Vasseur, *benevolentiæ adeò jure conjunctus est, ut eo noster, ad ea, quæ in Sylvium animo volvebat, datâ epistolâ liberè profundenda nullum commodiorem esse judicaret amicum.* Proba scil. merx seipsam commendat. Rectiùs Cato. *Nec te collaudes* &c. Citat itaque Le Vasseur hâc occasione duos suæ opinioni faventes, Bibliopolam, cujus suppostititii testis judicio non parùm tribuendum, utpote qui nil nisi libros tractat, & D. Rompsium. At verò nemini facilè persuaserit, tàm rude scriptum limatissimi judicii Viro unquam placuisse. Quin etiam D. Rompsius per D. Angillium, Virum singulari doctrinâ & vitæ probitate conspicuum, apud D. Sylvium, & ipse D. Rompsius apud me sese excusatum voluit, calumniosum libellum Doctoris Le Vasseur sibi prorsùs improbari potestatus. Tantum igitur abest quemquam propter ineptias D. Le Vasseur grávem futurum D. Rompsio, (quod

(quod ſcilicet exoptare videtur pag. 88. ne non, quod ipſe contraxit, odium in alium derivet, & in malis ſocium habeat) ut eo etiam nomine, Literarum amantes ipſi Le Vaſſeur iraſcantur, quòd D. Rompſium tanti ſtuporis & malitiæ inſimulaverit, quaſi illius nugas & calumnias non probaſſet modo, ſed & in ſcenam produxiſſet, fuiſſetque totius illius Tragœdiæ choragus. Quamvis autem ſententia D. Rompſii, Judicis ab ipſo Le Vaſſeur aſſumpti, pag. 88. quâ calumniarum damnatur, refutando infrunito iſti libello abundè ſufficiat, publici tamen intereſt palàm reſciri, quouſque Doctor le Vaſſeur in Sylvium, Rompſium & veritatem fuerit injurius.

Paginæ igitur 1. 2. 3. 4. nihil prorſus continent præter ſtupendam vanitate turgentis animi impotentiam, quâ, ſine ulla prorſus probatione, clamitat, *Sylvium tyrannidem affectare, Medicinæ fundamenta funditùs ſubrue-*

re, totamque Medicinam perituram nisi ille, novus scilicet Atlas, eam sustineat. at verò quia inde nihil infertur præterquam Sylvium talem nullâ prorsus adductâ ratione dici ab impotenti le Vasseur, atque hic αὐτόπτης hactenus non fuit habitus: imò quia ipse sinistrum & exorbitantem suum impetum enixè excusatum cupit, quia, uti confitetur pag. 88. lin. 16. 20. & 21. *scribendi œstro perculsus atque maniâ*, velut *Enthusiasta*, malo videlicet & calumniandi spiritu abreptus, *sibi satis scrupulosè cavere non potuit*, ne cogar maledicta maledictis repellere omnes illius calumnias tanquam à furibundo & maleferiato profectas, ne afflicto addatur afflictio, pro non dictis habebo.

Paulò igitur propiùs ad rem accedere videtur paginâ quintâ; *Sylvius*, inquit, *factus de Spargyrico Medicus*, *idem semper in Medicina garrit*, (quàm insulsè!) *quod in Chymia profitebatur:*

Salia

Salia fixa, volatilia, acida, ſpiritus, effervescentiam, &c. *quaſi in his ſolis Medicina, quanta quanta eſt, reſideret.* Quaſi verò hæc Sylvius ex Hippocrate non potuiſſet hauſiſſe. Sed hac de re paulò poſt, unde manifeſtum fiet non quidem *in his ſolis*, quod Sylvio, reclamante Veritate, aſſuere annititur Verſutus orator, ſed *in his præcipuè* Medicinam conſiſtere. Sylvio igitur objicere non erubeſcit peculiarem Chymiæ cognitionem, quod multis locis ingeminat; quaſi illud ſemel effutiviſſe non ſufficeret, atque piaculum eſſet noviſſe naturæ penetralia, callere Anatomiam, quâ abditi naturæ receſſus reſerantur: corporum principia explicantur: quâ remotis ſcoriis aquæ, ſpiritus, olea, acida & ſalia tùm fixa tùm volatilia, uti & compoſita medicamina minus faſtidioſa & maximè efficacia conficiuntur: quâ denique omnium δυναμέων, ut loquitur Hippocrates, ſive potentiarum & facultatum

tum ratio indagatur, uti ipſe vel invitus fatetur pag. 62. Hâc arte ſi vel leviter tinctus fuiſſet, tàm inſulsè nunquam in Sylvium inſurrexiſſet.

Quod autem addit Sylvium ingeminare *Salia fixa, volatilia, acida, ſpiritus, efferveſcentiam*, ſi vel mica ſalis vel tantillum purioris ſpiritûs in ipſo fuiſſet, hæc Sylvio non exprobraſſet.

Etenim ſalſum, acidum, ſpiritus atque efferveſcentiam principes eſſe Sanitatis & Morborum cauſſas diſcere debuiſſet, ſi non ex Chymicis, à quorum nominibus abhorret, ſaltèm ex Hippocrate, qui ut variis in locis, ita & data opera toto libro de Veteri Medicina totus in eo eſt, ut probet, accuratam horum omnium cognitionem, primariam Medicæ artis columnam eſſe, inquiens Text. XXIV. *Nihil utilius neque magis neceſſarium, quàm hæc cognoviſſe, quod & probè & convenienti ratione inveſtigantes juxtà hominis naturam hæc primi inventores inve-*

invenerunt judicaveruntque artem dignam, quæ Deo adſcriberetur, quemadmodum etiam eſt receptum. Cùm enim plebei quique facilè agnoverint Calidum & frigidum, humidum & ſiccum, ignorantes verò illorum cauſſas, ſalia, acida, ſpiritus, olea, efferveſcentiam, &c. ſæpius hominibus nocuerint quàm profuerint; à Deo doctos exiſtimat illos, qui non tàm laborant circà calidum, frigidum, humidum & ſiccum, &c. quàm circà ipſorum cauſſas, *non enim calidum eſt, quod magnam vim habet, ſed ipſum acerbum & fluidum, & alia. quæ à me relata ſunt*, ut inquit Hippocrates l.c. Text. XXVI. 21. Dixerat autem antea Text. XXIV. 20. *ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. Ineſt enim in homine & amarum & ſalſum, & dulce & acidum, & acerbum & fluidum, & alia infinita, omnigenas facultates habentia, copiam-*

que

que ac robur. Unde hæc passìm κατ' ἐξοχὴν *facultates* & *potentias* vocat. lib. IV. de morb. v. 8. lib. de Vet. Med. Text. XXIV. 28. ibid. Text. XXX. 14. & XXXIII. 17. & XXXIV. 1. XXVII. 30. XXX. 14. & 18. XLII. Atque horum ubique magnus est proventus: Etenim τὰ φυόμενα τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ· ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ, καὶ πικρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον· uti loquitur Hippocrates, Lib. de Nat. Humana x. Id est, juxta vulgarem Interpretem, *Ex terra nascentia & in ipsam plantata & seminata, ubi in terram pervenerint, unumquodque trahit id, quod naturæ suæ familiare in terra existit. Inest autem in terra & acidum, & amarum, & dulce, & salsum, & omnigenum*; & uti docet *lib.* IV. *de Morb.* V. 8. μυρίαι ἐν αὐτῇ δυνάμιες εἰσί. *innumeræ sunt in ipsa terra facultates*. Idem de aëre, aqua & igne non sine ratione quis dixerit: omnia igitur, quæ ex illis constant, illorum omnium

omnium aut quorundam ſaltem magis minuſque participia eſſe res ipſa loquitur, & ratione atque infinitis experimentis comprobatur. Non igitur ſine evidenti ratione Hippocrates illorum maximam vult haberi rationem ſive alimentis ſive medicamentis inſint, ſive exiſtant *in homine*, ſive *extrà hominem, ſive edantur, ſive bibantur, ſive extrinſecus illinantur, aut quomodocunque formata adhibeantur*, lib. de Vet. Med. XXVII. 22. 23. 24. &c. etenim eodem docente Text. XXV. 5. *ciborum quicunque nobis incommodi ſunt & ingeſti hominem lædunt, quidam aut amarus eſt & meracus ac intemperatus, aut ſalſus aut acidus, aut alius quis intemperatus & fortis*. Tanti porrò facit ſalſum, acidum, amarum, aliaque ſimili acrimoniâ prædita, ut ea ſtatuat *omnium*, (videlicet *quæ non* fiunt à *quadam violentiâ*, ut loquitur *lib*. IV. *de Morb.*) *morborum* cauſſas eſſe. lib. de Vet. Med. Text. XXV. Hinc *raucedines, angi-*

anginam , *eryſipelata* , *peripneumoniam* & *febrem* deducit , *ubi verò fluxiones craſsiores & maturiores factæ fuerint* , *& ab omni acrimoniâ liberatæ*, *tunc*, inquit, *jam & febres & alia hominem lædentia ſolvuntur* loco citato Text. XXXIII. 8, 9, 10. &c. *Illa autem*, ait, *cujuſque effecti cauſſas eſſe, quæ illis præſentibus excitantur, iis verò temperatis ceſſant, omninò neceſſe eſt.* Unde ibidem Text. XXXIV. *amplius*, inquit, *porrò etiam alia quæcunque homo patitur*, omnia *à potentiis proficiſcuntur. itaque cùm amaritudo quædam diffuſa fuerit, quam bilem flavam appellare ſolemus, quales ſtatim anxietates & æſtus & impotentiæ occupant! frigiditatem verò*, uti loquitur ibid. Text. XXVII. 30. *& caliditatem ego omnium facultatum minimè potentes eſſe in corpore exiſtimo*, quandoquidem uti Text. XXVIII. XXIX. & XXXIII. demonſtrat corpus ſimpliciter refrigeratum vel etiam calefactum, id eſt *ſolo calore aut frigore* malè

malè affectum, *nullaque alia facultate infectum* uti monet Text. XXXIII. 15. &c. facili negotio, simplici videlicet calore & frigore ad naturalem temperiem reducitur. quod fiet, ὅταν μεταβάλλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ ἐς τὸ θερμὸν. καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ ἐς τὸ ψυχρὸν. si *ex frigido in calidum permutatum: fuerit, aut ex calido in frigidum:* si homo videlicet frigidus ad ignem accedat, aut stragulis opertus fuerit, uti loquitur Text. XXIX. 19. calidus verò sub Jove frigido commoretur, &c. Unde lib. cit. Text. I. 38. concludit, *cui igitur brevi adeò contrarium accedit, cuique vis adimitur sua sponte, quidnam ab hoc magnum aut grave fiat, aut quid opus est multo ad hoc auxilio.*

Ab acido verò, salso & amaro excedentibus non restituimur, nisi postquam depravati illi humores fuerint *temperati*, aut ab iis fuimus *repurgati, aut sponte aut per medicamentum*, ut loquitur Venerandus Senex ibid. Text.

XXXIV.

xxxiv. 7. Ὅσον δὲ ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα, &c. *Quamdiu autem eadem nimium effervescunt & cruda & meraca ac intemperata, nulla arte neque dolores neque febres sedare poßis, & quos quidem acuta acrisque ac æruginosa bilis affligit, quales mox rabies & morsus viscerum & desperatio?* Ibid. nº. 13. Ne autem sinè remedio Lectores suos dimittat, triplicia illis tradit remedia, inquiens l.c.nº.21. *Non sedatur autem hæc priusquam eadem expurgetur*, καταστορεσῇ *prosternatur*, id est, præcipitetur, & *aliis permisceatur*, id est, temperetur. Unde factâ comparatione inter calidum & frigidum affectum, atque temperiem acidam, salsam & amaram, ita loquitur Text. xxxi. 19. ibid. *Omnibus autem liberatio hæc est, ut frigore videlicet solo affecti percalefiant, ex ardore verò perfrigerentur. atque hæc brevi accedunt & concoctione nulla opus habent. Reliquæ autem omnes fluxiones, quas propter humorum acrimonias & intemperan-*

erantias ego fieri ſentio. Reſtituuntur & curantur ubi temperatæ fuerint & concoctæ. Sic paulò antè, Inflammationem narium non curari docet, *niſi poſtquam fluxus craßior & minus acris concoctuſque & magis permixtus priore fuerit, tunc ſanè ardor quoque ceſſat.* Idem docet Inflammationi & exulcerationi palpebrarum, illique, quæ genis accidit, contingere. Et quò dubium omne diſcutiat Text. xxx. objectioni ſatisfaciens ait: *verùm dixerit aliquis. qui ardente febre febricitant, itemque peripneumoniis & aliis fortibus morbis, non citò ex calore liberantur; neque adeſt hîc frigidum adversùs calidum.* adeoque non videtur iſte calor ex efferveſcentia acrium illorum humorum ortus. Cui Reſpondens, *atqui ego*, inquit, *hoc maximum ſignum eſſe puto, quòd non propter calidum ſimplicitèr homines febricitent, neque hoc fit ſimpliciter afflictionis cauſſâ: ſed eſt & amarum ac calidum idem, & calidum & aci-*

& acidum, & ſalſum ac calidum, & alia infinita; & rursùs frigidum cum aliis facultatibus conjunctum. Hæc itaque ſunt quæ lædunt, ſi ſimul adeſt autem & calidum robore participans, nimirùm ducens & exacerbans & augens ſimul cum illis, verùm nullam potentiam majorem quàm convenit videlicet, habens. Atque hæc quidem ſic ſe habent. Quod aliquanto manifeſtiùs apparet in iis, qui ſolo victu actu frigido vitam ſuſtentare ſolent, & nihilo minus non temperato modo calore gaudent naturaliter diſpoſiti, ſed & quandoque in cauſum incidentes ſanguinis incendio pereunt. Calor igitur naturalis ſive mediocris ſufficit, ut excitentur primariæ illæ potentiæ toties repetitæ, ut earum vi ingens calor in humano corpore excitetur. Qui certè calor, utpote temperatus, in humido, à quo obtunditur, ad tantum exceſſum ſemetipſum promovere non poteſt: ut neceſſariò concedendum ſit, calorem illum

llum excedentem, qui & illos quandoque infeſtat, vi exorbitantis efferveſcentiæ ab humoribus contrariâ acrimoniâ præditis eſſe productum, ideoque calorem naturalem vi naturalis efferveſcentiæ in humano corpore exoriri, & propterea Medico calorem, & eadem eſt frigoris ratio, in corpore humano non conſiderandum ut qualitatem primam, ut vulgò putatur; ſed ut ſecundam, utpote ab efferveſcentia acrium in corpore exiſtentium dependentem. Hinc ſeriò monet unus omnium Medicorum præſtantiſſimus; l. c. Text. XLII. *Oportere Medicum potentias humorum, & quid ſinguli ipſorum in homine facere poſſunt, perſpectum habere: uti & quam affinitatem humores inter ſeſe habeant, an videlicet dulcis humor in aliam ſpeciem mutetur, non à contemperamento, ſed ipſe deſciſcens & immutatus ab eo qualis primùm fuerat. amarus aut ſalſus aut acerbus aut acidus* (ſit ſanè acidus)
ergo

ergo acidus humor reliquos præcellens maximè incommodus fuerit; si utique dulcis, omnium commodissimus existit: id quod si quis forinsecus quærens consequi possit, is semper quod melius est consequi queat. Optimum autem est quod longissimè ab incommodo abest. Idem supra Text. XXXIX. sedulò inculcat, nempè *Facultatem esse, humorum summas vires ac robur nosse.* quod quidem, ibidem docet, *ex manifestis forinsecus condiscere oportere.*

Quemadmodum autem eos laudat, qui acidum, salsum & amarum apprimè norunt, sic etiam eos vehementer perstringit ibid. Text. XXIII. *quicunque hæc non considerantes non norunt. quomodo enim*, inquit, *illi affectiones in homine cognoscere possunt, ab unoquoque enim afficitur & alteratur homo, vel hoc vel alio modo, & ex his omnis vita, & sano, & ex morbo convalescenti & ægroto.* Sunt enim istæ potentiæ Sanitatis & Morborum non caussæ modò, sed & ipsa

& ipſa Sanitas & Morbus. Non igi-
tur ſinè ratione Vir Incomparabilis
bid. Text. XXXVI. 18. judicat *neceſ-
ſarium eſſe, ut omnis Medicus naturam
ntelligat, & omni ſtudio annitatur ut
cognoſcat, ſi modò aliquid eorum, quæ
ieri debent, rectè præſtare velit. Neque
nim ſufficere illi debet in genere noviſſe
aſeum* Ex. gr. *pravum eſſe alimentum
loloris cauſſam, ſi quis eum avidiùs de-
voraverit; ſed noviſſe oportet, quem do-
orem & propter quid, & cui parti no-
eat. Nam & alius multiplex cibus &
otus naturâ pravus eſt, hominemque af-
icit, ſed non eodem modo.* Quorum
omnium diverſitatem à ſalſo, ſpi-
ituoſo, acido, acerbo, auſtero, amaro
& ſimilibus dependere toto libro de
Veteri Medicina docet.

Ariſtoteles verò, ut de Galeno nil
licam, cujus ſingula folia idem prote-
ſtantur, Hippocratis doctrinâ utcum-
que imbutus Sect. v. Probl. 17. quan-
lam præſervandæ ſanitatis regulam,
(quâ

(quâ Hippocrates lib. VI. Epid. Sect. V. art. 34. monet, *ne impuro corpore validiùs exerceamur*, quandoquidem ulcera per cutem noſtram prorumperent) explicans ait, ulcerum cauſſas eſſe χυμοὺς μοχθηροὺς, ὀξεῖς καὶ πικροὺς καὶ ἁλμυροὺς, *humores pravos, id eſt, acidos, amaros, ſalſos.*

Hinc acrium horum humorum excretioni natura varios ductus fabricavit, per quos illi ſecernerentur & inutiles excernerentur, ut docet Hipp. lib. IV. de Morbis XV. quibus annumeramus, Bilarium & pancreaticum, ex quorum obſtructionibus quanta exoriantur mala, infrà, verbo notabo, unde illorum frequentem in medicina mentionem eſſe faciendam ſponte ſequitur.

Quod Sylvio quoque vitio vertit, quaſi nimis liberalem Spirituum mentionem faciat, ſuâ ſe tollit abſurditate. Nec cuiquam, uti opinor, latet omnimoda ſpirituum naturalium, vitalium & ani-

ꝛ animalium utilitas & neceſſitas.
unt enim omnium rectè ſentien-
ium conſenſu *partes humani corporis*,
uæ propter peculiarem ſuam effica-
iam ab omnibus dicuntur *impetum*
acientes. Nec quenquam fugit humani
orporis vires, quarum pars maxima
n ſpiritibus conſiſtit, Medico ſedulò
ꝛ ſemper ſimilibus & fortioribus eſſe
onſervandas, reſocillandas & exci-
andas, & quatenus Spiritus copiâ
eccant aut inopiâ, vel etiam qualita-
e, loco aut motu, eorum accuratam
uram eſſe gerendam: ut ſupervacá-
eum ſit in re tàm manifeſta ad au-
toritatem Hippocratis provocare, qui,
ti infinitis locis primas tribuit ſpiri-
bus, ita & lib. de Flat. Text. v. & vi.
pirituum quoque nomine & aëra
ùm craſſum, tùm tenuem, λεπτὸν vi-
elicet ἀέρα ſive materiam ſubtilem
ntelligit, quâ *omnia plena* ſtatuit, &
ne quibus nihil fit, eorum quæ in cœlo &
rra fiunt, quique vitæ & morborum

 cauſæ

causæ sunt. Verba illius l. c. num. 8, 10, 11, 24. sic sonant: τί γὰρ ἄνευ τούτου γένοιτο ἄν. &c. i. e. *Quid autem sinè hoc fit tandem? aut cui rei non adest? Omne enim quod inter cœlum & terram est, spiritu repletum est.* & 18: ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἀέναον ἐόντα ὁ ἀὴρ, ἀέναος καὶ λεπτὸς ἐὼν, εἶναι παρέχεται. i. e. *Et solis perpetuum cursum aër perpetuus & tenuis conservat:* quem & paulò post vocat ὄχημα τῆς γῆς i. e. *vehiculum terræ.* & 24: neque *quicquam usquam spiritu est vacuum.* & Text. VI. *Mortalibus,* inquit, *vitæ,* & *morborum ægrotis, solus is est auctor.*

Quod si igitur Salsum, fixum & volatile, acidum, amarum, spiritus cum aliis corpus humanum constituunt, iisque omnis aut saltim primaria efficacia eorum, quæ in corpore contingunt, debetur; quæque adeò Hippocrati omnibusque Veteribus dicuntur primarię potentiæ, in quibus, quatenus naturaliter aut præternaturaliter sese habent, Sanitas aut Morbus

bus consistit, quæque insuper princi-
pes sunt Sanitatis & morborum caus-
sæ, à quïbus homo semper atque in
omni vitæ statu omnique ætate affici-
tur, ex quibus præterea omnia com-
ponuntur alimenta & medicamen-
ta, quorum itidem præcipuæ facul-
tates, sunt salsum, acidum, amarum
& spiritus, uti præter Hippocra-
tem omnesque Heroas, qui cum ipso
veritatis vestigia presso pede sequun-
tur, Ratio & Experientia prote-
stantur; omninò sequitur D. Le
Vasseur toti Antiquitati, rationi, &
sensui communi contradicere, dum
crimen vocat, Sylvium, Practicum,
cujus est Sanitatem protegere, mor-
bosque propellere, in sua Praxi iden-
tidem eorum facere mentionem, sine
quibus nec Sanitas conservari aut præ-
servari, nec morbi profligari, neque
symptomata mitigari possunt. Certè
crimen est, & capitale, non semper
ad illa attendere, agyrtarum more so-

lis generalibus, purgatione, phlebotomiâ & ſimilibus, quibus iſti ſæpius nocent, quàm proſunt, contentum eſſe, atque *primariis* iſtis Medicinæ *præſidiis* turpiter neglectis, forte fortunâ ſanare, adeoque & forte fortunâ interimere, ipſamque vitam humanam pariter atque divinam Artem proſtituere. quaſi, ſcilicet, jus vitæ & necis Doctoribus Medicinæ in quoſvis competeret, illiſque velut privilegio liceret humanas animas negotiari atque, Eumenidum furiarum more, hominibus vitam eripere, quibus eam diviti accepta mercede fraudulenter promittunt. Vide Hipp. *de Vet. Med. Text.* I. & II. *de Lege* Text. I. *de Locis in homine* Text. LVII. qui & alibi poſtquam Medicinam omnium Artium præclariſſimam vocaſſet, seriò queritur, eam ineptorum iſtorum Pragmaticorum, quos vulgus pro veris Medicis veneratur, ignorantiâ proſtitui: quos perſonatos Medicos graphicè deſcribens,

eos

os perſonis Scenicis ſimillimos facit, uæ habitu mentiuntur, quod reapſe on ſunt. & ſanè Medicinæ titulo inignos eſſe, qui præcipuas ſanitatis & norborum cauſas cum Le Vaſſeur gnorant, vel ipſorum injuriâ cæſi roteſtantur.

Judicet igitur oculatus Lector quid e Doctore Le Vaſſeur judicandum t. qui ignorans acidum, ſalſum, amaum & Spiritus, præcipuas Sanitatis : Morborum cauſas, Sylviò exprorat, quòd Salia fixa, volatilia, acida, iritus ad ravim uſque ingeminet; uorum, uti viſum, omnes apud Hipocratem paginæ ſunt pleniſſimæ. ui Sylvium *Novatorem & Veterum ibilatorem* vocat, quia eam Mediciam docet, quæ ipſi Hippocrati *Veteum Medicina* vocatur, quæque, ut ſa veritas, eſt vetuſtiſſima. Prodiioſæ profectò memoriæ nec diſſimis judicii ſit oportet, cui hæc nova: ui velut venenatum monſtrum tra-

 ducit

ducit Praxin Medicam Sylvii, quia inter alia Spiritibus regendis, inque acido, ſalſo, amaro, pro re nata excitandis, temperandis, digerendis, concoquendis, ſecernendis, concentrandis præcipitandis, vel etiam, ſi aut copia aut loco peccent, aut ſubigi nequeant, ſecernendis & excernendis eſt occupata. Cùm tamen Hippocrates *Veterum Medicinam* à plebejorum impoſturis hoc præcipuè argumento diſtinguat, quòd plebeji circà *calidum, frigidum, humidum* & *ſiccum* ſint occupati, Veterum autem Medicina in *iſtorum cauſis* ſæpius enumeratis conſervandis, corrigendis aut tollendis primariò conſiſtat, docens quid ſit curare ex Arte, quid verò forte fortunâ: adeò ut Hippocrates *de Vet. Med. Text.* XXXIX. Totam Medicinam revocet ad hæc duo, videlicet; ad cognoſcendas humorum *facultates ſummas* & *figuras partium ſolidiorum*: quarum conſtitutio, ut plurimùm, ab humorum

norum temperie aut intemperie sive
ictis potestatibus dependet: quam
Veterum Artem tàm certo fundamen-
o & methodo confirmatam statuit,
t eam Deorum donum, cælitùs hu-
nano generi concessum, dictitet, at-
ue jure meritoque statuat præter
anc Veterum Artem nullam prorsùs
liam inveniri posse, atque *errones &*
mpostores esse, qui aliâ viâ aliâque for-
nâ Artem sese invenisse gloriantur.
Verba illius, ita latinè sonant de Ve-
erum Med. Text. III.15. *Quicunque*
erò rejectis ac omnibus reprobatis, aliâ
iâ aliaquè formâ inquirere conatur, &
uid invenisse gloriatur, falsus est & fal-
itur.

Si Doctori Le Vasseur, uti præ se
ert, animus fuisset Praxin Sylvii refu-
are, probandum illi fuisset, Sylvium
cida, salsa, volatilia & fixa, amara &
piritus aliaque sua simplicia & com-
osita medicamenta, aut nunquam aut
arò ex Arte præscripsisse, aut singu-
lis

lis curandi intentionibus distinctè non satisfecisse.

Pergit eodem quo cepit pede Sylvio officium Medici exprobrare, quia scilicet frequens illi de *effervescentia* & *præcipitatione* sermo est. At verò iteratò loqui audet de re, quæ captum suum superat, quapropter grave, quod hîc committit, vitium, multorum & propè dixerim, omnium, quos commisit, errorum caussam penitùs expungi necesse est.

Quod ut ordine fiat, totum illius libellum, confusum chaos, ad methodum quandam reduci, necesse est, secundum quam examinabimus, 1. An tres illi humores, de quibus quæstio, in intestino tenui reperiantur. 2. An illorum dispositio sit subcontraria. 3. An inde exoriatur effervescentia in tenui intestino. 4. An cor vi effervescentiæ illius afficiatur, atque febris à quodam istius effervescentiæ vitio excitari possit.

Tres

Tres priores quæstiones determi-
nat Sylvius hisce verbis, lib. 1. pra-
xeos suæ, cap. XI. 1. *Non tantum,
quandò è ventriculo ad intestina propel-
luntur alimenta fermentata, confluunt
quoque in tenue Intestinum Bilis &
Succus Pancreaticus; verum continuò,
adeoque illo etiam tempore, quo nullum
assumptum, vel ad Intestina deductum
est alimentum, eò feruntur, ac necessa-
riò ibidem propter partium suarum dispo-
sitionem subcontrariam in Concursu suo
Effervescentiam excitant, in Sanitatis
quidem statu, hoc est, quandiu benè dispo-
situs, temperatusque est uterque, blan-
dam & Naturæ amicam; ubi verò al-
teruter, aut uterque intemperatus est,
& acrior, vitiosam & noxiam.* Qui-
bus sese opponens Le Vasseur, non
quidem negat humores illos ibi repe-
riri: sed primùm carpit Sylvii phra-
sin, paginâ suâ 7. *Miraberis*, inquit,
*indefessum & inexplebile novandi stu-
dium Sylvii*, quia scilicet dixerat bi-

 lem

lem & ſuccum pancreaticum confluere *in inteſtinum*, *quaſi*, inquit, *unicum ſit*, nec *diſtet à jejuno* ἔκφυσις. Næ hic ſubtilis eſt Anatomicus! Quis non credat ipſum cum Herophilo ſexcenta cadavera diſſecuiſſe? Non animadvertit ſeverus noſter Cenſor Sylvium uti phraſibus Hippocratis, Galeni, Celſi. Adeſdum Hippocrates, & manum tuam huic Orbilio ſubde; dixiſti enim Lib. *de affectionibus* Text. XXIV. νοσεῖ δὲ καὶ τὸ ἔντερον καὶ ξύεται καὶ ἑλκοῦται, *ægrotat autem & inteſtinum & raditur & exulceratur*; ſimiliter τοῦ ἐντέρου mentionem facere non erubuiſti, ibid. Text. XXII. 11. 14. 15. & infinitis aliis locis: quaſi ſex, quæ recenſeri ſolent, inteſtina, unicum eſſet, uti profectò unica duntaxat eſt fiſtula inteſtinalis. Eidem ſcilicet culpæ affinis eſt Galenus, qui cap. 3. lib. V. de uſu partium eundem bilis effluxum explicans de quo quæſtio, eadem phraſi, qua Sylvius, mentionem facit

it τῦ χολώδους ϖεριπλώματος εἰς τὸ ἔντερον
υπλώσεως. *effluxus excrementi biliosi in in-*
estinum. qui loquendi modi illis vitio
erti non debent, cum alibi inteſtina,
um opus eſt, ſatis accuratè diſtin-
uant. Nec minorem, ſcilicet, ſolœ-
iſmum committit Celſus, cap. 16.
b. IV. quod inſcribit *De tenuioris in-*
eſtini morbis, & cap. ſequenti, cujus
emma fecit, *De morbis inteſtini plenio-*
is. Uſus igitur fuit Sylvius phraſi ve-
erandi Triumviratûs, Hippocratis,
Galeni atque Celſi, omnium, quot-
uot latinè de re Medica commentati
unt, Scriptorum accuratiſſimi, qui
entum circiter & quinquaginta an-
os ante Galeni tempora floruit, at-
ue rerum pondere, & ſingulari ver-
orum proprietate omnium calculo
Hippocrates Romanus appellatur, cui vir
ummæ auctoritatis, & illius æqualis,
Columella lib. I. cap. I. ſummam in
olitiori literatura laudem tribuit, &
ujus ſtyli cultum & nitorem literato-
rum

rum disertissimus Quintilianus meritis extollit laudibus, lib. 10. cap. 1. in hoc, inquam, concinnæ locutionis specimen, imo in sacro-sanctum illum Medicinæ Triumviratum injurius esse debuit, antequam Triumviratum Sylvii contumeliis posset lacessere. Lepidum est, Sylvium ut novatorem traduci, cùm phrasibus utitur ipsius antiquitatis. Apposité sanè Hippocrates, *inscitiæ prolem* vocat *audaciam*. Neque enim, uti opinor, Le Vasseur unquam ausus fuisset Sylvio *novandi studium* objicere, quia *intestinum tenue* dixerat, numero singulari, si scivisset Veteres ita passim fuisse locutos.

Præterea Bilem & succum pancreaticum semper in duodenum confluere negat, pag. 7. quia *nihil in corpore, ut in universa natura frustra sit, ut est in omnium Philosophorum ore*. At verò istud, quo axiomatis loco utitur, quodque ut omnium Philosophorum effatum

effatum oſtentat, Galenus, qui illi Doctor irrefragabilis, atque Ariſtoteles reprobant. Galenus quidem lib. 5. de uſu partium, cap. 3. inquiens Ἔνια ῆς οὐδεμίαν χρείαν γίνεται, ἀλλ᾽ ἑτέροις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, καὶ οὐδὲ μόρια εἶναι, ἀλλά τινα συμπτώματα, *quædam fieri nullius uſus gratia, ſed ſequi quædam alia, quæ fiunt neceſſariò, non ut partes, ſed ut quædam ſimul coincidentia.* Et paulò poſt ait, *hinc intelligitur, hanc quidem primorum involucrorum inanitionem nullius uſus cauſa exſtitiſſe*, quod & alibi dixerat. Ariſtoteles verò 8. Metaph. cap. 4. ubi inquirens in cauſam Eclipſeos nullam illius agnoſcit materiam præter lunam *quæ patitur*: cauſa autem agens & corrumpens lumen lunæ illi eſt terra, τὸ δὲ οὗ ἕνεκα ἴσως οὐκ ἔστι, *at cauſa finalis hîc nulla eſt.* Et certè vana & *fallax* eſt ſententia Doctoris Le Vaſſeur, ſi putet *nihil fruſtra fieri*, ſignificare, *omnia intendere finem*, uti ſunt quàm plurimi, eodem lacte, quo Le Vaſſeur, enutri-

ti,

ti, qui hujus commenti gratiâ, multiplicem appetitum & intentionem etiam ex ficto quodam instinctu sine ulla rei appetentis cognitione comminiscuntur. Etenim cum finis nihil aliud sit quàm propositum, quod mediis acquirere studemus, constat, finem non nisi à ratione utentibus intendi. Quicquid sit, quamvis, ut de rebus majoris momenti nihil dicam, singulæ omnium fluctuum maris agitationes, omnium graminum, cæterarumque herbarum, foliorum & ramusculorum omnium arborum, omniumque miasmatum, cæterorumque insensibilium totius mundi motus non sint frustra, cum opus naturæ sit opus intelligentiæ, non tamen illi dicendum fuisset, hoc verum esse ex omnium Philosophorum mente, utpote qui *Galenum* appellat *omniscium* atque jurat in verba *Aristotelis*, qui ambo è diametro Doctori Le Vasseur contradicunt, uti visum est. Sed quid inde?

nde? *In corpore*, inquit, *ut in universa atura nihil frustra fit; Ergò Bilis & uccus pancreaticus non fluunt in* Intestinum duodenum, etiam *illo tempore um nullum assumptum* vel ad Intestina *eductum est Alimentum*. Erronea hæc onsequentia, vera esset, si effluxus bis, & eadem est ratio succi pancreatis, ùm temporis nullius alîus usus foret. Observandum illi fuisset naturam plenaque tàm prudenter dispofuisse, ut es una sæpissimè pluribus sit accomnodata; effluxus enim utriusque illius umoris sequestrationi quidem puioris chyli à fæcibus inservit, cùm ermiscetur alimentis antea in stomaho fermentatis, atque in intestina rolapsis, velut nova quædam maeria effervescentiam excitans. Biis itidem & Succi pancreatici efluxus, velut naturale quoddam roritans, propultricis *actionis robur ugendo*, *ἀνάδοσιν distributionem chyli* uvat, facitque ut crassiores fæces, inutilia

tilia pondera ventris commodè excernantur, uti de Bile loquitur Galenus lib. v. de usu part. cap. 3. Nec hoc tantum, sed & affluentes illi humores incidunt pituitam viscidam, qua intestinorum parietes si non purgarentur nimium conspurcarentur & incrustarentur, utpote quæ etiam naturaliter disposita sunt loca τελμετώδεα, *paludosa, cœnosa, putredinibus apta*, uti loquitur Galenus lib. de gland. ad Hipp. quâ pituitâ sensus intestinorum nimium obtunderetur, atque venarum lactearum pori, aliique per quos segregatus chylus ad reliquum corpus affluit, occluderentur & obstruerentur, qualem ferè usum, quia Galeni tempore pancreas, hoc demum seculo à Wirzungio inventum, nondum innotuerat, soli quoque bili adscripsit, quod utrique humori, videlicet bili & succo pancreatico competit; postquam enim demonstrasset pituitæ copiam in intestino gigni, nimiam

miam illius copiam tolli docet, L. v. de usu part. c. inquiens, *necessarium igitur esse, tum in Ventriculo, tum in intestinis ejusmodi excrementi*, videlicet pituitosi, *proventum, alibi ut dixi demonstravimus. Cæterum, quod generetur, declarat tùm anàtome, tùm etiam morbi, quibus quotidie homines prehenduntur, ab hujusmodi superfluorum abundantia. Quorum curatio est simplex, eorum scilicet, quæ crassa ac viscosa dividere, incidere, atque abstergere possunt, exhibitio. Ob eam igitur causam mox à principio natura præsidium ipsis comparavit, acrem atque abstersorium hunc succum, quem omninò oportebat è corpore secerni, non in intestinum aliquod ano propinquum, sed in primam ecphysin, nec aliquod inferiorum intestinorum externo aliquando indigeret auxilio.* Porrò, *quamdiu rectè animalis corpus gubernatur, pituitosum excrementum quotidie ipsi detergetur. At, cum ex pravo quopiam corporis affectu copiosius est collectum, nihil addubitant*

bitant Medicorum præstantißimi, quin ilei, lienteriæ, ac tenesmi, omnium, qui ventri contingunt, morborum gravißimi sint secuturi. Non contemnendum itaque, neque translatitium quiddam natura ad sanitatem animalibus ex opportuna meatus biliosi (& pancreatici) *immißione prospexit.* Taceo hosce humores naturaliter constitutos intestina à putredine præservare, & denique ne hoc quidem sequitur quod in intestinis nihil operatur, frustra in illa effunditur; posset enim in ea effundi ut excernatur. uti pars magna & comprimis Crassior Bilis & Succi pancreatici. quos omnes usus qui ignorat, næ ille in Medicina hospes est! Quia igitur præter primum illum usum, quo diximus bilem & succum pancreaticum chylo permisceri, ut purior illius pars ab eo segregetur, multiplices alios assignavimus, sequitur etiam seposito primo illo usu bilem & succum pancreaticum non frustra ad intestina pro-

propelli, etiamtum temporis, quando è ventriculo ad inteſtina alimenta fermentata non propelluntur: adeoque hîc nihil otioſum eſſe præter rudem cenſuram Doctoris Le Vaſſeur; Imò quia hoc loco negat bilem & Succum pancreaticum in duodenum profluere, cum nullum ad inteſtina deducitur alimentum; atque pag. 16. negat quoque bilem ad inteſtina profluere cum alimentum ſive cibus in ſtomacho fermentatus eò deducitur, ſequitur ex abſona hac Doctoris Le Vaſſeur ſententia omninò fruſtra eſſe ductum bilarium inteſtinalem tam manifeſtum, & per quem bilem effundi, præter auctoritatem Galeni modò citatam, manifeſtiſſimâ probatur experientiâ, adeò ut ex fruſtra propoſita illius argumentatione ſequatur aliquid in humano corpore fruſtra eſſe, quod, velut prorſus abſonum, totius illius diſputationis baſim poſuerat. At v. horum trium humorum

in

in inteſtinis exiſtentiam & affluxum infrà ratione, experientia & αὐτοψία manifeſtiſſimè conſtabit.

Non minori argutiâ Sylvium taxat pag. 8. quòd Succo pancreatico & bili partium diſpoſitionem adſcripſerit, quam Sylvii phraſiologiam ſub finem ejuſdem paginæ *Idiotiſmum* & *Acurologiam* vocat, poſtquam ſupra dixiſſet *hunc*, vel ſi mavis, *hanc*, ſcilicet *humorum diſpoſitionem*, *non capio*. Nec mirum quandoquidem nihil capit niſi ſenſibus, niſi quod videt, pag. 11. & 12. Sed addere conatur rationem, nam, inquit, *ſi diatheſin cum Philoſophis intellexit, res eſt ab hoc loco abhorrens, ubi de potentiis naturalibus agitur, diverſa videlicet qualitatum claſſe*, ubi certè nihil dicendo, multa dixiſſe videtur: ſed quid iſtud monſtri? ſi diatheſin cum Philoſophis intellexit, Anne Medicus eandem rem aliter intelligere, id eſt, verè percipere poteſt, quam veri Philoſophi, id eſt, veritatis aſſer-

aſſertores? Toto cœlo errant, qui Medicinam à Philoſophia tanto intervallo ſejunctam putant, utpote quæ nihil quicquam eſt præter applicationem philoſophicorum dogmatum ad praxin. Cum igitur Medicus nil rectè agere poſſit, niſi intellectâ rei, circa quam verſatur, eſſentiâ, atque mutationibus quæ illi accidere poſſunt, accuratè penſiculatis, cujus ideas generaliores Philoſophia tradit: Sequitur veram Philoſophiam cum vera Medicina convenire, & vice verſa: adeò ut Medicus ἀφιλόσοφος, ſit Aſinus ad Lyram: contra verò ἰητρὸς φιλόσοφος ἰσόθεος, hinc toties philoſophiam Medicis enixè commendat Hipp.: ut liquet vel ex dictis p. 23. ſed quid opus eſt Virum tantum teſtem adducere ubi res ipſa loquitur. Quia igitur Bilis ſalſa eſt & amara, Succus verò pancreaticus acidus, omnino ſequitur humores illos tales eſſe per certam ſuarum particularum diſpoſitionem: ſive enim il-

larum particularum præcisè & velut in abstracto consideratarum constitùtio consideretur, aliter esse dispositas particulas salsas, quàm acidas, effecta utrarumque manifestè diversa palàm indigitant. Hinc est quod salinæ particulæ pungant, acidæ, utpote minus rigidæ & flexiliores, scindant, uti accuratè docet des Cartes lib. *de homine:* sed & in se mutuò agunt, sese mutuò temperant & uti liquet post effervescentiam Spiritus salis, aut Vitrioli & tartari, aut salis volatilis; ergo diversæ sunt & contrariæ, aut, uti post clariùs innotescet, subcontrariæ dispositionis: valdè erroneum est, corporibus diversa operantibus partium dispositionem negare, quia per se in oculos non incurrit, certè particulis acidis & salsis, quia corpora sunt, licet parva, non minus positura, id est, partium dispositio atque situs competit, quam corporibus majoribus: quod Le Vasseur, pag. 8.
exi-

existimat planè ad rem non facere: quin etiam dispositio convenit hisce humoribus ratione craseos sive temperamenti, unde denominantur acidi, salsi & amari; temperamentum enim requirit certum situm & ordinem particularum sibi permixtarum, qualis in liquido servari potest & debet, sine quibus mixtio aut temperamentum ne concipi quidem potest: adeò ut violatâ illâ particularum positurâ atque ordine sive per præcipitationem, sublimationem, aliamve illarum à se mutuò separationem, unio illa partium dissolvatur, qua miscibilia illa suo modo jungebantur: mixtio enim definiente Aristotele, est miscibilium alteratorum unio, unde Temperies sine mutua habitudine, dispositione situ & respectu partium ne concipi quidem potest. Humoribus denique istis rectè tribuitur dispositio, quatenus à qualitatibus, quibus præditæ sunt, illis est facilitas sua peragendi.

Sed

Sed quandoquidem rationes minùs capit, capiat authoritatem. Galenus certè ſanitatem definit, quod ſit, Διάθεσις κατὰ φύσιν ἐνεργείας ποιητική, *Diſpoſitio ſecundum naturam actiones edens.* Ubi nota Diſpoſitionem per potentiam activam explicari. Similiter Galenus morbum vocat Διάθεσιν παρὰ φύσιν. quia igitur ſanitas & morbus ſunt Diatheſes, definiente Galeno, ſequitur ſi humoribus competat ſanitas & morbus, iis omninò diſpoſitionem quandam competere. Hùc facit Hippocrates libro de affectionibus Textu XXIV. 10. νοσέει τὸ αἷμα, καὶ διαχωρέει ἐφθαρμένον, *ægrotat ſanguis & corruptus ſecedit.* ſi ægrotat malè diſpoſitus, procul dubio ſanus erit benè diſpoſitus, adeoque & utraque diatheſis, εὐδιάθεσις nempe & ἀδιάθεσις humoribus competit. Hinc etiam ſanguini εὐεξία accidit, ſive bonus, & nimis bonus habitus, Aph. 3. Secti. 1. & morbus ratione humorum nondum prorſus vitiatorum,

rum, quique adeò nondum acquisive-
runt habitum, dicuntur χέζικοὶ, in dis-
positione, ut ab ἑκτικοῖς, jam in habi-
tum conversis, distinguantur. Rectè
igitur Clariss. Sylvius partium dispo-
sitionem humoribus illis attribuit.
Sed objicit Le Vasseur p. 8. dispositio-
nem non posse esse *potentiam natura-
lem*, quandoquidem dispositio & po-
tentia naturalis *in diversa qualitatum
classe* videntur contineri. quamvis
istud parum ad rem, nam Sylvius illud
non asserit; Revereatur tamen pri-
mùm auctoritatem Hippocratis, quem
ut Numen, quamvis sibi ignotum, ad-
orat, qui libro de Vet. Med. humo-
res acidos, salsos & amaros, quique
eatenus ad tertiam qualitatis speciem
spectant, non semel vocat δυνάμεις
sive *potentias*, quibus insuper disposi-
tionem propriè competere suprà ab-
undè demonstravimus. Præterea po-
tentiam, etiam consistere in tempe-
rie, quam ex miscibilium mixtione
C atque

atque adeò certa quadam dispositione constare modò probavimus, docet illud Galenus totidem verbis Lib. *de præcognitione ex pulsu*, inquiens ἡ οὐσία τὴν δυνάμεως ἑκάστου τῶν μορίων ἐν τῇ καθ' ἕκαστον αὐτῶν εὐκρασίᾳ τέτακται, *facultatis essentia singularum partium* (dicamus potiùs humorum) *in singularum illarum bono temperamento consistit.* Si igitur Galeno εὐκρασία est εὐδιάθεσις, sive *bona dispositio* (nam esse morbos intemperiei, quos ἀδιαθέσεις vocat, modò fuit probatum) sequitur omnino dispositionem eam quâ acidum est acidum, & eadem est salsi & amari & reliquorum ratio, revera esse potentiam naturalem. Quod non minùs manifestum est ex vulgaribus principiis logicis, cum quibus putabat sententiam Sylvii è diametro pugnare: etenim amaritudo bilis, & eadem est ratiò aciditatis succi pancreatici, ex illa vulgari, quam sequitur, sententia, est *patibilis qualitas*, adeoque ad tertiam qualitatis speciem

ciem refertur, utpote *quæ efficit paßionem in ſenſu:* & quia *efficit*, ſive *facit*, eſt *potentia*, vis, Virtus, & efficacia ſive facultas, eoque ſenſu etiam eſt potentia naturalis adeoque ad ſecundam qualitatis ſpeciem pertinet, & quatenus eadem illa qualitas eſt humoribus *adventitia ad operandum cum facilitate*, χελικὴ ἢ ἑκλικὴ, ad quod efficïendum ſunt idonei, ad primam qualitatis ſpeciem revocari poſſunt; idem ergò non modò ad duas, ſed & ad tres qualitatis ſpecies revocari poteſt. Quin etiam citatis verbis Ariſt. lib. IV. Metaphyſ. cap. 12. Artem οἰκοδομικὴν, καὶ ἰατρικὴν vocat δυνάμεις. phraſi ab Hippocrate mutuatâ, quâ uti alibi utitur, ita & lib. de Vet. Med. XXXIX. 5. ubi noviſſe ſummas vires & robur potentiarum Δυνάμιν vocat. Cum tamen *ars* ſit in prima qualitatis ſpecie, *potentia* verò in ſecunda. Diſcat igitur Le Vaſſeur rerum, veritatem ad vulgarem illam Logicam, regulam Leſbiam,

biam, non eſſe examinandam: ſed vitioſam Logicam ſecundum rerum veritatem, quod unicum ſolidi judici[i] fundamentum eſt, prudenter reformare. Hoc ni fallor voluit Hippocrates, docens, Philoſophos à Medicis hæc & ſimilia diſcere oportere. Quamvis & vulgaris illius Logicæ Commentatores putent res in Categoriis diſpoſitas omnes non differre κατ' οὐσίαν, ſed ſufficere ſi Diſtinguantur κατὰ τρόπον καὶ σχῆμα τῆς κατηγορίας.

Rectè igitur & Hippocraticè huc uſque Sylvius tribuit humoribus diſpoſitionem. Neque repugnat diſpoſitionem eſſe potentiam naturalem, uti miſellus putabat Philoſophus.

Sed offendit porrò Doctorem Le Vaſſeur *diſpoſitionem* Succi pancreatici & Bilis à Sylvio ſtatui ſibi mutuò *ſubcontrariam*. Adeò nihil à Sylvio profectum eſt quod illi placet: Subcontrarietas tamen utriuſque Succi ad ſeſe mutuò probatur, quia & Sylvius Praxeos

eos suæ, cap. 10. paragr. 7. & 10.
tatuit, & Le Vasseur palam agnoscit
Succum pancreatis *subacidum* esse,
bilem verò naturaliter amaram, non
quidem semper, uti opinor, summo
excessu, qualis est æruginosa & acerri-
ma, sed subamaram & subsalsam, quòd
nemo, uti opinor, ibit inficias: qua
propter, quia sub-acida & sub-amara
& subsalsa sunt subcontrariæ disposi-
tionis, omninò sequitur bilem &
Succum pancreaticum esse dispositio-
nis subcontrariæ. Doctorem autem Le
Vasseur fateri Succum pancreaticum
esse subacidum, liquet ex illius pag. 19.
ibi inquit, *Succum pancreaticum ali-
quando duntaxat acrem, sæpe sæpius lan-
guidè acescentem*, id est, uti illud inter-
pretor, *ordinariò subacidum* esse, *quoti-
diana*, inquit, *& antiqua Veslingii obser-
vatione constat*. Quapropter quia acida
& amara mutuâ actione effervescunt
magis minusve pro ratione majoris
aut minoris acrimoniæ utriusque; ma-

gis etiam vel minus in ſeſe mutuò
agunt, ſeſe mutuò infringunt & tem-
perant. Acerrima quidem, utpote
contraria, majori vi & ebullitione;
minus autem acria minori; fermè verò
temperata, utpote ſubcontraria, acida
& amara *blandâ efferveſcentiâ* concitari
docet Sylvius praxeos ſuæ cap. 11. 1
& ratione & experientiâ infra proba-
bitur. Sufficiat hoc loco Hippocratis
authoritas qui libro de victu acutorum
textu xxix. 8. 9. docet *amara diſſolvi*
& in phlegma tranſire, frigidiora & in-
ſipida reddi, μετεωριζόμενα ὑπ᾽ ὄξεος, *ef-*
ferveſcentiam paſſa cum acido: effer-
veſcit igitur bilis cum Succo ſubacido
pancreatico. Quìn etiam ipſe Le
Vaſſeur pag. 18. expreſſis verbis di-
cit, acida bilem frangere, compeſcere,
mitigare, (ſed vocem μετεωριζόμενα
qua uſus fuerat Hippocrates, ne ſibi
palam contradiceret, ibi oblitus eſt
latinè vertere) quod & authoritate
omniſcii, uti ibi loqui amat, Galeni,
probat,

probat. Certè quæ talia ſunt, eſſe ſubcontraria nec prorſus ſimilia & ratio docet, ſimile enim non agit in ſimile, & authoritas tùm Ariſtotelis dicentis contraria eſſe, quæ adverſis qualitatibus ſe mutuò deſtruunt; tum Hippocratis Aph. 22. S. II. docentis ſubcontraria eſſe ſubcontrariorum remedia: poſtquam enim dixiſſet *morbos qui ex repletione fiunt, curat evacuatio, eos verò, qui ex evacuatione, repletio*, ſubjicit καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις, *& in cæteris ſubcontrarietas remedio eſt.* Nota ibi ὑπεναντιώσεως *ſubcontrarietatis* nomen, quo Sylvius cum Hippocrate uſus fuerat, quod quidem in Libro Aphoriſmorum minus accuratè verti ſolet per *contrarietatem*, ſed *libro de Vet. Med.* XXVII. 8. ὑπεναντία per *ſub contraria* diſertè explicantur. quod addo, quia ſubcontrarietatis nomen novum videtur, aut durum noſtro Doctori. ὑπεναντία autem Ariſtoteli dicuntur ἐναντία μεταξὺ, quod interpres

rectè vocavit *contraria media.* Et quemadmodum modò ex Hippocrate adduximus ὑπεναντία τῶν ὑπεναντίων εἶναι ἰήματα. Sic etiam Hippocr. *lib. de flatibus* inquit, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα, *contraria contrariorum sunt remedia.* Contraria enim atque subcontraria vires sibi mutuò frangunt, alterumque alterius actione remittitur. Discat illud præter mille experimenta, nam princeps curandi ratio in eo consistit, ex Aristot. de Gen. & Corr. Lib. I. cap. 7. docente φανερὸν ὅτι παθητικὰ καὶ ποιητικὰ ἀλλήλων ἐστὶ τά, τ' ἐναντία καὶ τὰ μεταξύ, id est, *tùm contraria, tùm, quæ inter ea media sunt*, id est, subcontraria, *inter se mutuo activa & passiva esse constat.* Quibus subdit, *Etenim omninò generatio & corruptio in hisce consistunt. Quam ob rem & ignem calefacere, & frigidum frigefacere & omnino activum id quod patitur sibi simile reddere jàm rationi consentaneum est.* Unde infert *necesse esse ut patiens in id mutetur*

tetur quod agendi vim habet. hoc enim pacto in contrarium erit generatio. Quia igitur uti ratione & experientiâ constat, quam ipse admittit, contraria non modò in summo gradu, sed etiam minùs excedentia pugnarè, atque Hippocratis authoritate subacidum temperare bilem, adeoque illi esse subcontrarium: sequitur Succum pancreaticum, quem Le Vasseur agnoscit naturaliter *subacidum*, itidem bili esse subcontrarium. Sed quid multis? Si calidum & frigidum utrumque non in summo gradu procul omni dubio subcontraria sunt dicenda, nunquam Doctor Le Vasseur bilem & Succum Pancreaticum negasset subcontraria constare dispositione, si non oblitus fuisset sese aliud agentem pag. 18. ex sua & Hippocratis sententia asserere, acida bilem frangere, compescere, mitigare, atque ψυκτικὸν καὶ στυπτικὸν, frigidum & adstringens pariter esse ὄξος sive acetum; & pag. 33. acidum esse fri-

frigidum, quâ de re infrà prolixiùs: *bilem* autem esse *calidam*, pag. 18. ubi inquit, ὄξος habet luculenter in se quo *bilis ardori* frenum injiciat. Optandum sanè fuisset ipsum in seipsum tàm duram non tulisse sententiam, quâ, ingenuâne dicam confessione, an dissolutâ assertione pag. 57. dicit *esse hominis non sanæ mentis, qui calida componat frigidis*. Pueriles igitur nænias, quibus mirè sibi placet pag. 8. nescio an excutere deceat, quibus porrò suum errorem, ne quid durius dicam, Lectoribus suis persuadere conatur non esse bilem & succum Pancreaticum contraria, quia, ut ait, συμπαθείᾳ *potius agunt, ita ut concitati motus amoris potius quàm odii argumenta sint; eventus, inquit, indicio est, unio nempe alicujus partis quæ per obstantes alias quærenda fuit*. Jejunè admodum oculatum hoc seculum amandat ad Sympathiam jàm dudum dirutum ignorantiæ asylum: quasi res nec sentientes nec intelli-

gen-

gentes amore aut odio tangerentur; eſſetque ignoti quædam vel cupido, vel averſatio; aut acidis atque amaris quædam ineſſet cognitio. Cætera verò quàm bellè quadrant cum iis quæ habet pag. 18. ubi horum oblitus ex Hippocratè & Galeno docet *acida bilem frangere, compeſcere, mitigare, illius ardori frænum injicere*, &c. idem ferè ingeminat p. 63. *acidi vim, occurrente bile, quodammodo fractam ac proſtratam languere.* Quæ ſanè ſi ſint amoris effecta, ſi Doctor Le Vaſſeur ita eos, quos amat, excipit, amicitiam cum illo contrahant alii, non ego. Minùs impoſterum mirandum publicas Veneres decoloratas quandoque prodire, quandoquidem malè excipi & frangi amoris effecta ſunt huic novo Doctori: neque etiam, ſi naturæ placet, impoſterum frigida pugnabunt calidis, humentia ſiccis: mutuis enim oſculis ſeſe excipient. Sed ne videatur ſine ratione luſiſſe ſubdit, *eventus*

tus indicio est, Unio nempe alicujus partis, quæ per obstantes alias quærenda fuit. Hinc Veneri Medicus noster supremum altare sacrat, cui unicè litandum palàm profitetur facetus cavillator sacro hoc Lucretii hymno,

Rerum naturam sola gubernas
Nec sine te quidquam dias in luminis oras,
Exoritur; Neque fit lætum nec amabile quicquam.

Risum teneatis Amici, & mirari desinatis stylum, & argumenta hujus Medici fœminina. Certè finitâ pugnâ miscentur, coacervantur & uniuntur contraria corpora, uti post cruentum prælium cadavera, neque unquam contraria nisi viribus fractis coëunt, uti & pax & concordia, discordiæ & belli finis est. ut ex Arist. quoque probatum p.56. Non videt Le Vasseur, pugnam, litem, uti & amicitiam, &c. cùm animâ destitutis adscribitur, non nisi metaphoricè sumi, quia cum obsoletis

ſoletis Philoſophis appetitum quoque naturalem, ignotum idolon, adorat. Sed quid multis? Ipſe pag. 32. alii negotio intentus prolixè probare annititur hominem ex mutuo diſcrepantium & diſſidentium connubio conſtare, quæ *diſcrepantia* & *diſsidentia* ut commonſtret ex Hippocrate libro de Vet. Med. refert locum ſuprà citatum, *in homine eſt amarum, ſalſum, dulce & acidum, acerbum, humidum & infinita alia, omnigenas facultates habentia, copiamque & robur*; quæ igitur Doctori Le Vaſſeur pag. 8. ſunt *amica*, eadem illa pag. 32. ſunt *diſcrepantia* & *diſsidentia*, pro libitu videlicet. Notandum & aliud exemplum cohærentiæ idearum, quibus cerebrum Doctoris Le Vaſſeur inſtructum eſt: pag. enim 8. aſſerit & vel Poëtarum floſculis probare annititur efferveſcentiam fieri *unionis gratiâ*, adeoque eſſe *amoris actum*, uti ex verbis illius ſtatim relatis videre licet:

pag.

pag. verò ſequenti, quia Sylvius dixerat conflictu eo, ſive effervescentiâ acidi & bilis aliquam fieri concretionem, *indigna* inquit *Viro Philoſopho* καταχρήσις *abuſio & offucias imperitis factura*; *cum hîc de* λεπτομερώσει ſubtiliſatione, *potiùs quàm* συμπήξει concretione, *agatur*: & quaſi re benè geſtâ; *poſſunt*, inquit, *id audere Rhetores, ſed*

Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeveriores.

Maſculè me hercule! ſed quomodo ſecum conveniat Le Vaſſeur, & quantâ rerum gravitate venerandus ſit, judicet æquus Lector. Etenim ex nullo alio argumento, quàm quod ex συμπήξει, ſive *concretione* & unione deſumpſerat, præcedenti paginâ probare contendit effervefcentiam eſſe amoris actum; hîc verò ſibi non minùs quàm Sylvio contradicens, cùm de effervefcentia agitur συμπήξεως ne mentionem quidem faciendam eſſe putat.

Hactenus, nisi vehementer fallor, evi-

evicimus humores illos, videlicet bi-
lem & ſuccum pancreaticum, rectè
dictos fuiſſe diſpoſitione ſubcontraria
affectos. An vero ſubcontrariorum
illorum humorum permixtione in il-
lis oriatur effervescentia diſcutiendum
ſuſcipit Le Vaſſeur pag. 10. ubi char-
tam diris & puerilibus implens exe-
crationibus exclamat *Dii Voſtram fi-
dem!* & quæ præterea ſunt maniæ il-
lius ſymptomata quæ illi ignoſcenda,
ſupra monitum; ſed ante omnia exa-
minandum, an Le Vaſſeur intelligat
quid ſit effervescentia, quam tanto
molimine negat. Doctor igitur no-
ſter nominalis derivat effervescen-
tiam ἀπὸ τοῦ πυρὸς ab igne, eam vocans
πυρεξίαν, pag. 6. ἐκπύρωσιν, pag. 10. unde
effervescentiam frigori non modò
opponit, pag. 25. his verbis *frigore
nequaquam denſari hoc phlegma, quod
tamen neceſſe eſt ſi effervescentiâ lique-
tur*: Quâ de re latiùs ſuo loco: Sed
etiam vi nominis, uti ſolent rerum
ignari,

ignari, à veritate abductus, quasi omnis effervescentia non calida modò esset, sed & *incendium*, pag. 35. 41. &c. & *conflagratio*, pag. 44. in Sylvium pag. 35. his verbis debacchatur, *primò* inquit *displicet, quod non à putredine; sed à pugna solummodò fervorem incendiumque febrile deducat.* Unde etiam humores effervescentiam passos *igneum flumen* vocat p. 30. Cùm tamen Sylvius non modò istud nusquam dixerit, sed & prorsus contrarium sæpius inculcaverit, dari videlicet effervescentiam febremque frigidam: quin etiam ipse Le Vasseur, pag. 9. & 70. agnoscit, Sylvium docere in sanitatis statu *temperatam, blandam*, & *naturæ amicam* effervescentiam excitari; & certè neque nominis Etymologia, aut illius usus, aut res ipsa Sylvii sententiæ repugnat: etenim teste Perotto *à fero fit ferveo verbum, quod est bullio, feror, agitor:* atque *latiùs longè sumitur, quàm de iis, quæ vi ignis fervent*
teste

teste *Nonio Marcello peripatetico, cap. 6.* ubi inquit *fervere non solùm est ex incendio calere, sed ex quibuscunque molestiis perturbari, unde & æstus marini & exæstuatio animi sub hac significatione rectè posita sentiuntur,* hinc Virgilius Georg. l. 1.

Omnia tunc pariter vento nymbisque videntur
Fervere.

Nec dispari sensu Plinius, lib. 17. cap. 2. *Tellus*, inquit, *nive fermentescit*: & Galenus, *terram fermentari atra bile quæ acore suo eam solvit,* docet lib. de atra bile: nam & fermentum dici à *ferveo*, neminem, uti opinor, fugit. Sed quid multis? res ipsa loquatur, Sal Tartari & Spiritus Vitrioli, aut spiritus salis, acetum & creta, cerevisia pocularis, & infinita alia frigidâ effervescentiâ ebulliunt; frigida, inquam, respectu aëris in quo illa actio exercetur, uti si vitreo tubulo, in eum finem excogitato à Doctore Swam-

Swammerdam, acres iſti humores excipiantur, cuivis innoteſcet, quo ſanè, gradibus illi applicatis, uti in fig. A. frigus in aëre, illo tubulo contento, vi effervefcentiæ productúm, non minùs accuratè quiſque percipiet, quàm mutationem aëris frigefacti beneficio thermometræ. Et ſanè *ζέσις, ebullitio,* cui apud Græcos & Germanos nomen à ſono, quem humores, cum efferveſcunt, edunt, quam per *πνευμάτωσιν, ὄγκωσιν καὶ αὔξησιν* utcunque explicant boni authores, non minùs locum habet in efferveſcentia frigida, quàm calida. Datur ergò efferveſcentia frigida, ſi viſui & tactui credendum, cujus oppoſitum tamen facit præcipuum opuſculi ſui fundamentum, uti poſt conſtabit. Quod ſi fermentum cognitionis Medicæ diligentiùs ſectatus fuiſſet, quàm contortas & intricatas multi loquentiæ bracteas, non impugnaſſet, quod neſcit.

Gloriam inventionis efferveſcentiæ

tiæ in humano corpore, quamvis ea ne de nomine quidem illi innoteſcat, invidens Sylvio, qui eam ſibi nunquam arrogavit, & vivos & mortuos in ipſum excitare conatur. Provocat Clariſſ. D. Williſium, evocat manes Sennerti, effervescentiæ ſcilicet in humano corpore inventores; ignorans Hippocratem hujus inventionem Veteribus adſcripſiſſe. Unus atque alter locus ex multis noſtro ſcopo ſuffecerit. Libro igitur de Vet. Med. Text. XXXIV. docet humores in viſceribus ab acriori bile μετεωρίζεσθαι, id eſt, effervescere: Idem de victu acutorum, Text. XXIX. 8. 9. *acredines*, inquit, *ſive aciditates ex aceto amarâ bile abundantibus magis conferunt quàm atrabilariis, amara enim diſſolvuntur & in pituitam tranſeunt* μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτέυ *dum ab ipſo attolluntur*, ut inquit interpres, id eſt, effervescunt; *nigra verò*, inquit ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται καὶ πολλαπλασιοῦται, *fermentantur & attolluntur*, id

id eſt, effervescunt, *ac multiplicantur.* Hinc Ariſt. lib. 20. & 21. de reſpirat. ζέσιν καὶ σφύξιν explicat per ὄγκεσιν καὶ αὔξησιν τοῦ θερμοῦ, *cum calidum*, inquit Hofmannus, *attollit ſanguinem in majorem molem, itaque auget, aut certè augere videtur, ut majus ſpacium occupet.* Neque aliter explicandum eſſe locum Hippocratis, ubi docet æſtuoſa bilioſa in ventre tormina excitantia μετεωριζόμενα, id eſt, *cum efferveſcunt, infernè ſubducere ex illis locis*, docet Foëſius, inquiens μετεωριζόμενα vocantur *humores ſurſum elevati exæſtuantes & ebullientes*, adeò ut μετεωρίζεσθαι ſit cauſa τοῦ ὀργᾶν, *turgere*, quatenus hoc humoribus adſcribitur, quorum ὀργάσμου frequens apud bonos Authores eſt mentio, ſufficiat Aph. 22. Sect. 1. & Sect. IV. 10. & 19. Et certè *in ſublime attolluntur* humores contrariâ acredine præditi, ſibi permixti inteſtino velut bello: acrium enim particularum contrariarum in ſeſe mutuò incurrentium agi-

agitatione humor, illorum receptaculum, non poteſt non diſtendi, acres enim illæ particulæ vehementiùs circumactæ, majorem locum exigunt, quàm ſi eſſent magis quietæ. Etenim ſubtilis materia arctiora interſtitia, quę inter humorum particulas acidas & ſalſas ſibi permixtas reperiuntur, faciliùs tranſiens particulas illas acres heterogeneas, & diverſo ſitu ſeſe mutuò reſpicientes, tumultuario quodam motu inteſtino diverſimodè agitat: particulæ verò illę in orbem actę majorem locum occupantes, quàm cum quieſcerent, humores diſtendunt imò vehementius actæ flatuum bullarumve in ebulliente illo humore contentarum, atque præternaturalis humorum illorum diſtenſionis, ſæpius memoratæ, cauſæ ſunt: humor itaque ille ex humoribus diverſâ acredine conſtantibus & vehementer actis compoſitus effervescit, attollitur, turget, id eſt, μετεωρίζεται καὶ ὀργᾷ, uti ex fundamentis à Carteſio diligen-

ligentiùs excultis, quæ Hippocraticis dogmatibus prorſus reſpondent, luce clariùs innoteſcit. Unde ſequitur Sylvium, cum de efferveſcentia loquitur, ſequi Hippocratis veſtigia: & quia efferveſcentia cauſa eſt plurimorum naturalium, etiam præternaturalium atque pravorum effectorum in humano corpore, quatenus naturaliter ſeſe habet, vel præternaturaliter eſt aucta, imminuta, abolita aut depravata, hinc diarrhϾ, choleræ & febres, quæque præterea Hippocrates recenſet, de Vet. Med. Text. XXXIV. rectè igitur Sylvius præeunte Hippocrate de efferveſcentia ſæpenumerò loquitur, de qua præſtitiſſet D. Le Vaſſeur tacuiſſe.

Pag. verò 11. paulò dilucidiori intervallo, ſaltim aliquid dicere conatur: *legitur*, inquit, *apud Hipp. naturam refingere inviſibilem, non poßibile: habitat namque mens cauta receſſus, ſacraque ejus non minus quam* ὄργια *myſteriis abun-*

abundant ac exornantur. Non una res est, quam sacro tegat involucro natura; sed oculatior quam quisque fuit Sylvius, rem nec visam, nec ut fatetur, ejus indolis ut oculis usurpari possit, stylo ita depingit, ac si in Æsculapii templo dormivisset. Nec repugnans αὐτοψία hominem intrepidum movet, aut à sententia, ut par est, usque deterret. Novit Philosophorum vulgus, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Florum quàm fructuum avidior Le Vasseur, præter opinionem Hippocratis sententiam in Sylvio iterùm carpens extra oleas vagatur: non enim hîc est quęstio de natura reformanda, cui leges sunt præscriptæ, quæ violari nequeunt, cui limites sunt positi, quos ultra citraque nequit consistere. Sed quæstio est, an bilis & succus pancreaticus, quia subcontraria dispositione sunt prædita in tenue intestinum concurrentia effervescentiam excitent, quod statuit Sylvius, negat verò Le Vasseur; pri-

primùm, quia naturæ opera sunt oc-
culta sive *mysteria*, velut ὄργια *Libe*
sacra, quæ ut *occulta naturæ miracul*
quoque crepat pag.74. In quem quæ
so concinnius quadrat illud Hippo-
cratis, lib. de Lege, Text. III. 18
Τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι
δείκνυται; βεβήλοισι δὲ, οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶ-
σιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης. *res sacræ sacris ho-*
minibus demonstrantur: profanis id fa
non est, priusquam scientiæ orgiis initien-
tur. At vero crudior est hæc caro
quàm ut ad scientiarum sacrarium ad-
mittatur, quamdiu putat hominibu
datum non esse supra sensus sapere
aut quicquam admittere, quod oculi
non percipitur. &, uti pag. 74. ultrò
fatetur, naturæ vim sensibus non per-
cipi: *Est enim*, inquit, *varia diversa-*
que adeò in parandis operibus secreta
hæc, unde manant omnia, vis atque
potestas, ut latentia ejus miracula, ma-
nifestis illius moliminibus mancipare, per-
delirum sit. Quapropter quia citata

pag.

pag. II. *naturam* vocat *invisibilem*: non modò palàm fatetur sese naturam ignorare, sine cujus tamen cognitione Medicus titulo suo indignus est, vel Hippocrate adstipulante Lib. de Vet. Medic. XXXVI. 18. sed & totum genus humanum suo pede metiens, negat quemquam ullius rei claram & evidentem cognitionem habere posse: sola igitur vulgari, plebeja, & rustica cognitione suffultus, nil prorsus nisi quod videt, & quidem crassâ duntaxat Minervâ, sese percipere aut quemquam cognoscere fatetur. O miseras hominum mentes! O pectora cæca! nihil sciunt mortales præterquam quod oculis percipitur. Enim verò, non tantum id, quod putarent sese videre, ignorarent; sed & sese videre nescirent. Neque enim rerum essentiæ videntur, neque etiam nos videre, oculis percipitur, sed mente. Multo minus, an visus non erret, visu percipitur, sed mente dijudicatur; quod

vel ex Ariſtotele diſcere potuiſſet, docente, nos certiores eſſe non poſſe de ſenſuum noſtrorum opera, niſi conſtet organa eſſe legitimè diſpoſita, objectum eſſe in debita diſtantia & medium requiſitum: hæc enim omnia examinare, conferre & recognoſcere, non ſenſuum eſſe, ſed intellectûs, qui non videt, ſenſu rationis deſtituitur. Longè aliter Hippocrates, qui quamvis lib. 1. de flatibus, Text. v. 3. ſpiritus & aëris efficaciam philoſophico ſtylo ad vivum delineet, quâ, ut ait, non fluctus modò maris concitantur, arbores evelluntur, naves in altum disjiciuntur, hyems & æſtas generantur, & quomodo λεπτὸς ἀὴρ, *tenuis aër*, vel ut alii loquuntur, *ſubtilis materia* ſit motus ſolis & lunæ cauſa, atque terræ vehiculum, τῆς γῆς ὄχημα nihilominus tamen diſertè docet l. c. Text. v. 5. τοιαύτην μὲν οὖν ἐν τουτέοισιν ἔχει δύναμιν· ἀλλὰ μὴν ἐστί γε τῇ μὲν ὄψει ἀφανὴς, τῷ δὲ λογισμῷ φανερός. *Talem itaque vim*

in

in ista exercet, etiamsi oculis minimè sit conspicuus, & tantum ratiocinio cognoscatur, & effectu suō fiat manifestus. Ubi certè agnoscit Hippocrates τῇ ὄψει ἀφανὲς, *oculis inconspicuum*, τῷ δὲ λογισμῷ φανερὸν, ratione conspicuum esse: etenim ὅσα γὰρ τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηται; *Quæcunque enim oculorum conspectum effugiunt, ea mentis oculis obtinentur & superantur.* Hipp. de Arte XIX. 9. Planè eodem modo, imò à priori Sylvius Praxeos suæ p. 109. probat effervescentiam fieri in intestino duodeno, his verbis talē, *hoc est, quovis modo vel gradu* acidum pancreatis succum *impossibile est commisceri cum* Bile amara & sale volatili abundante, *quin mox excitetur* inde effervescentia *infinitis ex Chymia & aliunde petitis exemplis confirmanda.* Argumentatur igitur Sylvius à causis necessariis ad effectum, uti modo Hippocrates ab effectu ad causam, quorū tamen connexio non nisi mentis oculis

conſpicua eſt. Non ergò Sylvius hac in re quàm quiſque oculatior; ſed qui ita cœcutit ut Le Vaſſeur, quovis Medico cæcior eſt. Hic iterum conſtat quantus Le Vaſſeur ſit Hippocraticus, qui more ſolito Sylvio non magis quàm Hippocrati præter intentionem contradicit. Unde porrò ſequitur Doctorem le Vaſſeur in denſiſſimis Peripateticorum tenebris ſtertentem, ineptiſſimum eſſe qui de aliis quàm de rebus vulgaribus ruſtico more judicet. Nec mirum, quandoquidem fatetur nil cognoſci niſi quod oculos ferit, ipſum neſcire quid dicat. Certè illi ipſi, quibus arridet futiliſſimum illud, & omni cognitioni è diametro repugnans axioma, *nihil eſſe in intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu*, non paucis diſtinctiunculis effatum ſuum ſtabilire contendunt, adeò ut illa quoque dicantur ſenſibus excipi, quorum neceſſariæ cauſæ & effecta in ſenſus incurrunt, quamvis ipſa ſenſibus lateant.

teant. Quamvis ne illo quidem ſenſu axioma generaliter verum ſit, cum mens noſtra ſuâ ipſius cognitione, etiam omni prorſus ſenſuum perceptione poſt habita, ſibi clarè & diſtinctè innoteſcat: atque Deus Opt.Max. ſua ideâ nobis innata ſeſe intimis noſtris cogitationibus clariſſimè & diſtinctiſſimè offerat: tùm etiam quia qui neſcit rerum eſſentias nullas incurrere in ſenſus, nihil novit, cùm hæc ſint rectæ cognitionis elementa: ſed hoc perſequi nimiæ molis eſſet. Orationem de *ſcientiarum veritate* à me habitam huic libello ſubjunxi, ut ſit quædam manuductio ad Philoſophiam, quam conterraneus illius, incomparabilis Des Cartes, juxta D. Auguſtini monita, ſedulò excoluit, ut, fieri ſi poſſit, expergefiat atque diſcat, quid ſit ſentire, quid intelligere: quomodo ex ſenſuum monitis mens occaſionem capiat de rebus judicandi, atque puræ cogitationis claritatem,

evidentiam, certitudinem, & ſeſe inſenſibilem, & Deum infinitum indubitatò cognoſcat, ſenſuum præjudiciis non modò non conſideratis, ſed & iiſdem pro tempore abnegatis. Imò & ſenſus iis, qui mentem nondum à præjudiciis repurgatam habent, rerum veris ideis concipiendis maximoperè obeſſe. Quia tamen mente à falſis præjudiciis & obſcuris atque minùs accuratis ideis repurgata, atque ſenſibus illi ſubditis ut fidis ſatellitibus, homo illis uti poteſt & debet tanquam literis; occaſione effectuum rerum corporearum, aut iis, quæ circa illa accidunt, oculis aliiſve ſenſibus obſervatis, in rerum illarum cognitionem, earumque eſſentiam & exiſtentiam deducimur. Quod non minus Auguſtinianum eſſe quàm Carteſianum probat, ni fallor, Oratio huic opuſculo in hunc finem affixa. Graviter igitur errat Le Vaſſeur, qui loco ex Ariſtotele importunè citato probare

bare fruſtrà annititur, quaſi Sylvius ſenſus dimittendos eſſe doceat; qui Stylo prorſus hippocratico ex neceſſariis cauſis viſibilibus, neceſſaria effecta, licet inviſibilia; atque ex effectis viſibilibus, cauſam reconditam venatur. Impudens igitur illatio eſt, quod non videtur, non eſt. Et elegans eſt alterum quod ſubdit, *nec*, inquit, *repugnans αὐτοψία hominem intrepidum movet*, quaſi aliud eſſet, *repugnans αὐτοψία*, quàm *non videre*, quod anteà dixerat. Licet enim tàm cernat acutum, quàm aut àquila aut ſerpens Epidaurius, non tamen aſſerere poſſet autopſiâ ſeſe apprehendiſſe, quod negat dari. Nulla igitur eſt illa Doctoris Le Vaſſeur autopſia, ut mirum non ſit, quia non entis nullæ ſunt affectiones, Sylvium eâ non commoveri. Sed quaſi in Theatro Scenicus Doctor comœdiam ageret, quo non carnalia pectora cogis Famæ ſacra fames! Comicum citat ut illius authoritate veri-

 tatem

tatem adstruat, *Manus*, inquit, *nostræ oculatæ* sunt, *credunt* quod *vident*: sed hic querimur de cæcitate mentis illorum, qui nil credunt, nisi quod oculis externis vident: at verò solutis objectiunculis Doctoris Le Vasseur, quibus effervescentiam Bilis & Succi pancreatici in intestino tenui revera dari negat, eam non mentis modò, sed corporeis oculis tàm conspicuam reddam, ut imposterum de eâ nemo dubitare possit.

Interea ausu plusquàm herculeo Doctissimum quoque D. De Graef, cujus ingeniosa opuscula singularem ejus doctrinam & dexteritatem abundè probant, sinistrè aggreditur. Eminus quàm cominus depugnare mavult, toties Parisiis à D. De Graef provocatus, cùm in ædibus Nobiliss. & accuratæ Philosophiæ Studiosissimi D. Bourdeloti libellum suum per duos circiter menses publicè ventilandum proponeret, ne hiscere quidem ausus fuit:

fuit: jàm verò è longinquo atque ex insidiis in eum invehitur, & ut ipsum videatur superasse, illi affingit, quod nunquam cogitavit: ait enim pag. 12. illum dixisse *intemeratis manibus, nec effuso cum sanguine & spiritibus calore, quo ea fovetur, haud quaquam perveniri queat*, cum solummodò ad sibi objecta responderit D. De Graef *haud difficile videri illis qui manum operi non admovent aperire intestina, atque humores in iis contentos examinare, quandoquidem ea quæ intestinis insunt, videri nequeunt nisi illis apertis, & cum aperiuntur, multa vasa necessariò dissecantur ex quibus tanta copia sanguinis profluit, ut impossibile sit, (uti sæpe experti sumus) optatam effervescentiam videre*, uti loquitur Doctor De Graef, p. 63. At verò necesse non est ut liti inter D. Le Vasseur & D. De Graef ulteriùs memet immisceam, etenim paulò pòst effervescentiam illam succi pancreatici bilis & pituitæ, de qua quæstio, etiam in intestinis

oculis cujusque luce clariùs exhibebo. Certè verissimum est, Spiritum volatilem excalefactum & ebullientem in thermometra contentum dicto citius subsidere cum thermometra, qui ante hermeticè fuerat clausus, subitò aperitur. Sic etiam apertis intestinis diffundi Spiritus, causas effervescentiæ primarias, ideoque effervescentiam in primis blandam imminui, aut saltem vehementiorem minùs apparere non videtur inconveniens. Imò verò quotiescunque effervescentia humoris minus viscidi in intestino excitatur, beneficio ex. gr. limaturæ ferri & aquæ fortis, turgens intestinum facto foramine derepentè detumescit flaccescitque, flatibus subitò sese in auram recipientibus. Deinde nescit effervescentiam non semper oculis percipi, licet humor effervescens à nobis conspiciatur: agnoscit enim ipse sanguinem in corde effervescere pag. 13. nunquam tamen, uti opinor, aperto corde

corde vidit ſanguinis in corde ebullitionem. Idem accidit cereviſiæ poculari, cujus effervefcentia demum apparet aperto poculo. Sed quid iſtud eſt abſurditatis! quis faſtus! quæ arrogantia! *Audivit*, inquit pag. 13. *ut puto, ignorare enim fœdum foret & illiberale; ſcit, inquam, ni, quod deperit ardenter* ἐπιφλόγισμα, *ut alia Circe, totum apud ſe eum detinuerit; quo fiat pacto partus, ut vulgò fertur, Cæſareus. Matre tantum non ſpirante, vulnus infligitur vulvæ, incolumis infans educitur: vixit ab obitu matris illud audacis naturæ miraculum, immuni vita extinctæ ſuperfuit; & æſtuans ille ſuccus, ejuſque fervor, in fervido adhuc corpore tamen, eo arbitrante, extingueretur.* Et quid exemplum partus cæſarei hîc facit ad rem? fœtus enim mortua matre, non amplius veluti illius viſcera, matri unitus vivit: ſed ſanguis in illius corde aliquandiu propria ſua effervefcit conſtitutione, ut pullus in ovo, nō matris, ſed inſita

insita vi. Deinde uti ex dictis manifestum, etiamsi fœtus iste aperiretur, effervescentia, quam ille in sola manifesta ebullitione consistere existimat, ne tùm quidem oculis perciperetur; quia tanta effervescentia quâ sanguis ad oculum ebulliat, humano cordi, cui, uti toti corpori, omne nimium inimicum est, non nisi in certo quodam statu valdè præternaturali contingit. Sed omnem absurditatem superat, cum inquit pag. 12. *fimum tepore fermentationis cieri*: ergò & tepor ille qui in intestino tenui reperitur, eo aperto sufficeret, ut effervescentia ibidē continuaretur: Sed quid inde? nullus unquam negavit, aperto abdomine, effervescentiam aliquam in intestinis dari, quamdiu dantur effervescentiæ causæ: sed duntaxat negavit De Graef eam oculis esse obviam, neque enim illa vel in fimo equino percipitur cum mitis aut suavis tepor illius fermentationem excitat. Et quænam est ea

Hyper-

Hyperbole, *à calore fimi*, inquit p. 4. *quantum recedat expirantis hominis calor, difficile dictu foret, nisi potiorem hunc illo quis esse judicaret, præsertim cum*

Clara (dederunt) incendia lucem,
antequam itum sit
Illuc, unde negant redire quemquam.

Anne mentem ut incendium, flammam, lucem, ut corpus, Lectori Christiano obtrudit? In hoc solo huc usque videtur Hippocraticus, cujus sententiam videsis Sect. VIII. Aph. 18. Hinc constat quare minus movetur iis quæ supra sensus sunt, imò verò mirum est eum, cujus mens flamma est quicquam nisi quod flammâ fortius est oculis percipere. At verò corpus nil quicquam intelligere posse ex oratione de Veritate Scientiarum & Artium huic libello affixa luce clariùs constat. Verum enimverò non est quod, sive propter difficultatem, sive propter

propter celerem caloris & ſpirituum fugam, aut ſanguinis profuſionem diffidamus de probationibus omni exceptione majoribus, quibus demonſtretur, humores iſtos tres bilem, ſuccum pancreaticum atque pituitam in inteſtino tenui effervеſcere, enimvero bilem humori acido permixtam cum eo effervеſcere docet Hippocrates de victu acutorum XXIX. 8. 9. his expreſſis verbis etiam ſupra data occaſione citatis, ubi inquit τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται, μετεωριζόμενα ὑπ' αὐτοῦ videlicet ὄξεος ὀξύτητες· *amara enim diſſolvuntur & in pituitam tranſeunt, dùm ab acido attolluntur*, id eſt, effervеſcunt, quapropter quia Doctor Le Vaſſeur pag. 19. agnoſcit ſuccum pancreaticum acidum, uti & probatum ſuprà p. 53. atque ipſa αὐτοψία conſtat ſuccum pancreaticum in inteſtino duodeno bili permiſceri, in homine enim utrumque ductum, tum pancreaticum tum bilarium inteſtinalem,


lem, per unum orificium ſuos humores exonerare, ex Anatomia manifeſtum eſt, adeò ut humores illi in humano corpore, in humano inquam corpore, eo non profluant, quin ſibi permiſceantur (in canibus enim paulò inferior eſt exitus ductus pancreatici quàm bilarii) omninò ſequitur ſuccum pancreaticum & bilem in inteſtino duodeno ſibi permixta effervefcere. Unde certè eluceſcit adoranda Dei providentia, qui, ut utriuſque humoris acidi & amari acredo temperaretur, lege ſancivit, ut in ipſo affluxu ad inteſtina ſibi mutuò permiſcerentur, atque, præmiſſâ efferveſcentiâ, velut prælio, alter alterius acrimoniâ frangeretur & temperaretur: hinc ab humano ſtercore non abhorrent canes, quamvis aliàs faſtidiant amara bile infecta. Manifeſto experimento amaritudinem bilis quo tinctæ ſunt fæces humanæ à pituita & ſucco pancreatico fractam eſſe.

Quam-

Quamvis talpâ cæcior ſit, qui neceſſariam hanc conſequentiam non videat, efferveſcentiam tamen, de qua quæſtio, clariùs ob oculos ponemus, ut eam non modò à priori ſive ex cauſis percipiat, quod nulli non Philoſopho abundè ſufficit, ſed & ipſa experientia, quæ plebejorum magiſtra eſt, confirmetur. In hunc finem verbis & lineis referam experimenta, quæ multis præſentibus Studioſis exhibui; canis igitur vivi abdomine aperto duodenum haud procul à pyloro ligamento conſtrinxi, vinculo quoque injecto paulò infrà inſertionem ductus pancreatici: canem deinde, conſuto abdomine, ſibi reliquimus; tribus horis elapſis, cane, uti videbatur adhuc vegeto, nam paucas duntaxat guttulas ſanguinis amiſerat, aperto abdomine invenimus ſpatium vinculis interceptum vehementer diſtentum, adeò ut illud digitorum compreſſioni omninò reſiſteret, atque rupturam mina-

fig. A

A B C D F G H E H H






Fig. A.

Canis vivens ſupra tabulam ligatus.
Pars Hepatis.
C. *Ventriculus.*
Vinculum circa Pylorum Inteſtinum conſtringens.
Vinculum infra exitum Ductus Pancreatici in inteſtinum injectum.
Inteſtinum efferveſcentiâ (inter bilem & Succum Pancreaticum) intumefactum.
Pancreas.
H. *Inteſtina reliqua flaxida.*

Fig. B.

Inteſtini pars ab efferveſcentia intumefacta.
B. *Vincula inteſtini extremitates conſtringentia.*
Lagenula in inteſtino liquorem tartari continens.
Lagenula ſpiritum vitrioli continens.

Fig. C.

Inſtrumentum ductum bilarium inteſtinalem comprimens.
Folliculus *fellis.*
Ductus bilarius Cyſticus.

D. *Ductus*

D. *Ductus bilarius hepaticus.*
E. *Ductus bilarius inteſtinalis.*
F. *Exitus ductus bilarii inteſtinalis in inteſtino duodeno.*
G. *Exitus Ductus Pancreatici in inteſtino.*
HH. *Inteſtinum propter effervescentiam diſtentum.*
II. *Pancreas.*
KK. *Vincula ſupra ductum inteſtinalem, & intra exitum ductus pancreatici inteſtinum duodenum conſtringentia.*
L. *Inteſtini duodeni pars flaxida.*
M. *Pylorus.*
N. *Ventriculus.*
O. *Gulæ pars.*

ninaretur: nec minùs diſtentam ob-
ervavimus canis veſiculam fellis. in-
enſus etiam & velut urens calor in-
erceptum illud duodeni ſpacium oc-
upabat, cui cùm lanceolâ vulnuſcu-
um infligerem, cum humore quodam
o contento flatus cum ſtrepitu &
repitu atque vapores & exhalationes
roruperunt, unde acris quidam fœtor
ares omnium feriebat, quem magis
perto inteſtino cominùs exceptum
tudioſorum nemo ferre poterat, ma-
ifeſto argumento non modò eò pro-
uxiſſe tantam copiam bilis atque ſuc-
i pancreatici: ſed etiam in iis effer-
eſcentiam fuiſſe excitatam, non me-
iocrem tantum aut blandam, qualis
anis contingit, ſed vehementem: non
nim inteſtini illa pars duntaxat plena
rat, ſed etiam vi quadam & orgaſmo
ummè diſtenta. Nec eam duodeni
artem ita potuiſſe diſtendi, neq; tanta
i diſſipari humores, flatus, vapores
c exhalationes, niſi vi effervefcentiæ
ſive

ſive agitatione particularum humorum horum contrariorum, qui cupit, capiet. Paucis interjectis diebus idem repetii experimentum præſentibus itidem multis ſtudioſis: atque poſt duas præterpropter horas portio illa inteſtini quoque turgebat admodum, ſed minus incaleſcebat: apertâ verò intumeſcente illa inteſtini portione quam antea ligaveram, cum ſonitu prorupere ſpumantes bullæ, quibus inteſtini illud ſpacium fuerat diſtentum, ut ne ipſa quidem impudentia de illius efferveſcentiæ veritate dubitare poſſet. Similem efferveſcentiam artis cum natura conjugio excitavimus, calidam quidē, miſcendo oleum Therebinthinæ cum liquore Tartari: frigidã verò confundendo ſpiritum Vitrioli cum oleo vel potius liquore Tartari, quę lagenulis contenta antea ſimili inteſtini portioni vinculis interceptę incluſeram, ut ex fig. B. conſtat, & paulò poſt efferveſcentiâ haud diſſimili illã

inte-

nteſtini partē diſtendi vidimus. Tur-
gebat igitur inteſtinum in præmiſſis
duobus experimentis propter materiæ
ſive humorum in eo contentorum, bi-
lis videlicet & ſucci pancreatici, præ-
ſertim orgaſmum: atque hinc conſta-
bat veritas comparationis Galeni, qua
Comment. in 1. Sect. Aphor. 22. &
in IV. Aphor. 10. ὀργᾷν explicat. Quod
ſit Metaphora ab animantibus conci-
tatis in Venerem tranſlata ad humo-
res: uti enim animalia libidine incen-
ſa moventur ad ſeminis excretionem,
(imò & eorum genitalia turgent) ſic
& humores, dum motu feruntur con-
citatiore hominibus ſunt moleſti, &
loca quæ occupant diſtendunt. Oculis
inſuper offerebatur quid eſſet μετεωρί-
ζεσθαι *efferveſcere*, quod vulgò vertitur
in ſublime attolli, agitatis & diſtractis
illis humorum particulis, acidis, ſal-
ſis & amaris, ſive contrariis qualitati-
bus ſive facultatibus in ſeſe mutuò
agentibus: Multò enim altior evade-
bat

bat extenſa & diſtenta illa inteſtini duodeni portio. Quin etiam dubitare nemo poterat quid eſſet πολλαπλασιοῦσθαι ſive *mole augeri*: uti & quid ſit ζέσις, ὄγκωσις, πνευμάτωσις καὶ αὔξησις, quibus σφύξιν definit Ariſt. lib. de reſp. cap. 20. & 21. rarefacti enim illi humores, & flatibus bulliſve effervefcentiâ excitatis admodum diſtenti, non potuerunt non majorem locum occupare. Parvâ enim humorum copiâ effluente inteſtinũ longè reddebatur flaccidius propter diſceſſum ſubtilioris materiæ ſive flatuum, vel ſi mavis halituoſi ſpiritûs, interſtitia diſtractorũ humorum occupantium. Non ingratũ erat intelligere quare ſubtilior illa materia, quæ per poros inteſtini illius ingreſſa fuerat, ex illo pari facilitate non effluat; ſed ibidem permaneat: diſtractis videlicet humorum illorum partibus, inteſtino illo motu ſive effervefcentiâ, non poſſunt non illorum interſtitia, quandoquidem omnia plena ſunt, ma-

teriâ

riâ quadam impleri: quapropter quia
ılla niſi ſubtilior materia per inteſtini
oros tranſire poteſt, ea ipſa in inte-
inum compellitur, ibique permanet,
ıamdiu humorum partes atque vapo-
s agitantur aut diſtractæ ſunt. Unde
dem conſtabat quare Hypochon-
riacus affectus ſit flatuoſus, murmu-
& borborygmos, ἀλγήματα χειφόμενα
mmoſque cruciatus excitet, eaque
ıæ lieni ſæpe adſcribuntur, flatibus
duodeno præſertim excitatis ſint
ſcribenda. Quomodo inteſtinum
venter à flatu eleventur, ἐπειδὰν ὀρθὰ ᾖ τὸ
ἔντερον ὑπὸ τῆς φύσης καὶ γαστὴρ, uti loqui-
r Hippocrates *de Affectionib.* XXII.
. & quia in priori caſu tàm vehe-
enter diſtendebatur, agnovimus vim
ıtuum, quam Galenus explicans lib.
Multitud. cap. 8. aït eâ non dolia
odò muſto inflata tenſionis violen-
ı rumpi; ſed etiam ſtanneum vas à
ntento in eo medicamine ex vipe-
compoſito flatu adeo diſtentum
fuiſſe,

fuiſſe, ut & illud & obvolutum corium, & funiculus quo deligatum erat, diſrupta fuerint. Adeoque mirum non videri acerbiſſimis doloribus corripi eos in quorum corpore ſpiritus flatulentus concluſus eſt.

Deinde alîus canis itidem viventis abdomen eadem methodo aperui, atque ductu bilario inteſtinali, qui cyſtico & hepatico communis eſt, inſtrumento compreſſo, eo modo, quem figura exhibet, ut ſuccus pancreaticus ſolus prodiret, trium propemodum horarum ſpatio collegimus ſucci acido-auſteri præterpropter ℥ij. cujus manifeſtus acor non guſtus modò probabat, ſed & illius cum calidiori lacte permixtione, lac ita coagulabatur, ut inde caſeus fuerit efformatus: manifeſto experimento omninò acidum in eo prævalere; nam licet ſali communi non parum acidi inſit, uti & alibi monuimus, vires tamen illius à ſale puro ita infringuntur, ut ſal com-

ommune lac coagulare nequeat, imò
: illud à coagulo conſervet, quod ne
ıſticos quidem aut coquos fugit. in-
ıbitato, uti opinor, argumento ſuc-
ım pancreaticum ſolum non turgere,
ıt effervеſcere, nec ſolam bilem,
ım ſola in fellis folliculo continetur;
hil enim agit in ſeſe: ſed utrumque
ımorem ſibi permixtum blandè qui-
em effervеſccre, in ſtatu, videlicet,
ıturali ob diſpoſitionem illorum ſub-
ontrariam: vehementer verò ob eo-
ndem diſpoſitionem præternatura-
m & magis contrariam: quod quam-
s ex primo experimento ſit manife-
ıſſimum, remoto tamen inſtrumento
.bile liberè per ductũ inteſtinalem in
teſtinum profluente, flaccida paulò
ıte inteſtina poſt duas horas enor-
iter intumuiſſe, totumque illud ſpa-
ım effervеſcentiâ diſtentum fuiſſe,
bullis, quibus, cum aperiretur, ſca-
bat, palàm conſtitit. Quæ certè
la totum libellum Doctoris Le Vaſ-
ſeur

ſeur prorſus refutant, eaque ob oculos ponunt quæ ratione capere non potuit.

Si quis imprudentior dicat hanc eſſe præternaturalem animalis diſpoſitionem, indeque non eſſe argumentandum: Reſponſum accipiat Sylvii praxin eſſe Therapeuticen, quæ primariò non niſi circa ſtatum hominis præternaturalem eſt occupata. Concedimus quidem ſingula iſta non eſſe naturali effervefcentiæ attribuenda: negamus verò non licere argumentari ex vehementi illa ab intenſis contrariis humoribus excitata effervefcentia, quam canis patitur in ſtatu illo præternaturali ad effervefcentiam blandam, à ſubcontrariis humoribus ortam, quâ gaudet in naturali ſtatu: etenim, quod & ſupra ex Ariſtotele probavimus, non modò contraria, ſed & ſubcontraria in ſeſe mutuò agunt. atque à majori iſtorum humorum copia, qui in ſtatu præternaturali propter vim

m corpori illatam per utrumque du-
um in inteſtinum tenue continuò
oruit, ad minorem copiam illorum
umorum, qui in ſtatu naturali
inteſtina blandè ſtillant: quan-
quidem eadem eſt materia, iidem
nt humores, eædem & gradibus
intaxat diverſæ acrimoniæ, iidem,
iamvis magis aut minùs acti, ſpiri-
s & calor excitantes & cooperantes;
em denique eſt locus, in quo inte-
inum illud prælium committitur.
t certè, perquàm ridiculum foret
lle videre effervescentiam illorum
umorum, & impedire media, quibus
in conſpectum prodeat; aut non
mittere præternaturalem animalis
nſtitutionem, & velle ſcrutari inte-
norum contenta.

Miſella igitur eſt argumentatiun-
la, quâ triumphum ante victoriam
nens pag. 14. ait D. Graefium ſuo
e jugulare gladio, quia videlicet ille
ncedit ſuccum pancreaticum foris

cum bile non effervescere, bilem tamen cum nitri spiritu solis ardoribus expositam ebullire: enim verò hujus diversitatis multiplex potest dari ratio. Primò, quia, uti visum, neutiquam sequitur: Humores illi extra corpus non effervescunt, ergo nec in corpore: disparitas exinde apparet, quia uti modò visum, vividi spiritus & calor effervescentiam in corpore vivo excitatam juvant. Sic memini me quondam in pulli generationis examine, triduo postquam ovis incubuisset gallina, observasse corculum illius saliisse cùm ovum primùm aperiretur; sed è vestigio ab aëre frigido correptũ quievisse: pòst verò calidâ manu ex calefactum resumsisse vires. Idem contingebat aliquoties ex umbra, sub qua rigebat, solis radiis calidioribus exposito. Idem probat experientia, quâ calculus humanus lagenulâ contentus affuso Spiritu nitri vix aut ne vix quidem solvitur, nisi calore extraneo,

ad

d minimum calidâ manu, efferve-
centiâ illâ excitatâ, aut ſaltem adju-
â,& quanta inſuper eſt vis ſpirituum?
2. Ne ipſe igitur ſtupor auderet
bjicere: Efferveſcit bilis cum Spiritu
itri extra corpus, radiis ſolis expoſi-
; ergo & bilis deberet etiam extra
orpus efferveſcere cum ſucco pan-
reatico. Quis enim non videat mul-
fariam differentiam? Deinde etiam
xperientiâ conſtat ſuccum pancrea-
cum & bilem, cum calidè ex corpo-
e canis ſeorſim collecta ſibi permi-
centur, efferveſcere,uti ex vehemen-
exhalatione & fætore inde ſubitò
rto manifeſtum eſt. Sed quæſtio, an
ilis extra corpus cum ſucco pancrea-
co efferveſcat, hîc nulla eſt: quan-
oquidem efferveſcentia eorum ad
culum in inteſtinis loco ſuo naturali
bſervatur. Adſtruximus igitur hu-
uſque, ni fallor, ad oculum efferve-
centiam in tenui inteſtino ortam ab
umoribus acidis, bilioſis & pituito-
E 2 ſis

ſis adjuvante calore naturali atque ſpiritibus, nec non interfluente æthere, ſive *ſubtili materia*, quæ Hippocrati dicitur, uti ſupra viſum, ἀὴρ λεπτὸς, *tenuis aër*, qui eſt veluti calidum innatum macrocoſmi, *cujus imperio totus mundus ſubeſt*, uti ex ſapienti Hippocratis ſententia lib. de Flatibus, Text. v. docet Philoſophorum accuratiſſimus Des Cartes.

Porrò videamus qualis illa efferveſcentia ſtatuatur à Clariſſ. D. Sylvio. In homine ſano, quia neque bilis, neque ſucci pancreatici acrimonia valdè excedit, ſtatuit fieri blandã, quæ faciat ad maturationem & ſegregationem Chyli ab aſſumptis & in ſtomacho fermentatis, atque ad naturalem in corpore calorem & ſanguinis conſiſtentiam reſtituendam & conſervandam. Adeò, ut inde neque exceſſus frigoris neque caloris oriatur, acidulo humore pancreatico calorem bilis temperante. In homine verò malè affecto, quia humo-

umores illi alia quam naturali proportione, cum exceſſu videlicet quantatis & qualitatis ſibi mutuò permiſentur; mirum videri non debet efferveſcentiam tùm etiam non excitari aturalem; ſed vel vehementiorem, unque vel calidam vel frigidam, vel mis blandam minuſve ſufficientem, el magis vel minùs morbidâ illuvie, litibus & vaporibus noxiis nocitum.

Huic Sententiæ, ut ut rationi mamè convenienti, pergit ſeſe opporre Doctor le Vaſſeur, aſſerens, aci-, quæ poſtmodum ad acetum reingit, aut calida eſſe, aut dubium tem ad calidorumne an frigidorum aſſem ſint revocanda. Unde pag. 61. *rum*, inquit, *acida, ut docet Sylvius, frigidorum tribu ſint, adhuc ſub judilis eſt: fuerunt tamen ſemper eorum, i putredine aut empyreumati acida lere judicarunt, partes rationibus nuroque frequentes.* Ita ſui prorſus

 obli-

oblitus ſibi ipſi pag. ſuâ 18. planè contrarium ſtatuenti è diametro contradicit. Sic diruit ædificat, ut mirum non ſit, ſi conveniat nulli qui ſecum diſſidet: etenim pag. 18. acidum atque acetum frigidum eſſe operoſè adſtruxerat, etiam recitato Hippocratis loco, qui non extat, uti putat, in libro de Vet. Med. ſed in libro de Victu Acutorum Text. XXIX. 8. ubi, uti viſum ſuprà pag. 67. Hippocrates ait: *aciditates picrocholis convenire*, &c. Ita enim fatur Doctor Le Vaſſeur pag. ſuâ citatâ 18. *Ubi manifeſtè docet*, videlicet Hippocrates, *acida bilem frangere, compeſcere, mitigare: nigra verò duntaxat ſuſcitare & accendere. Cùm enim, ut aliàs habet* ψυκτικὸν, & πυκνωτικὸν *pariter* ὄξος *audiat, habet luculenter in ſe, quo bilis ardori &* ἀπληστίᾳ *frænum injiciat. Idem agnoſcit omniſcius noſter Galenus*, ut non pro rei veritate, ſed pro libitu, & quatenus Scenæ inſervit, ſententiam ferat

Cha-

Chamæleon. Rectè Galenus lib. 1. de Naturali Facultate *qui*, inquit, *ejusmodi Sectis sunt addicti, non solùm nihil norunt, sed ne discere quidem dignantur.* Insanabilis quippe morbus Ignorantia cum Superbia. Et, uti sunt non cohærentia quæ obliviosi ignorantes effutiunt, pag. 66. *Scriptum*, inquit, *est ab Hippocrate, quòd* τὸ θερμὸν ἀεὶ ἄνω ἀΐσσει· *Calidum semper sursum tendit. Nempe ut siccitas est lima caloris, sic calor levitatis parens; cujus est summa petere, ac semper niti, in*

flammantia mænia mundi.

Hinc halitûs, hinc vaporis, hinc flammæ, quæ fumus jure censetur accensus, ἀναῤῥοπία, *ascensus, ac tàm constans* ἐς τὰ μετέωρα *versus superiora, propensio, ut, cùm nihil sit obici, minimè persuaderi poßim, aliâ quàm ventriculo viâ emissos ab effervescentia vapores, perrupturos esse:* paginâ verò 63. ait: *cùm sint acida maxumâ sui parte fixa, quod vapidum emittunt æstu, superasque efflant in oras, phlegma,*

(ſic Chymici vocant) duntaxat inſipidum eſſe, exploratore guſtu liquet; ut in ſpiritu vitrioli rectificando, ſemper experiuntur Spagyrici, antequam nempe illum tantâ vi torqueant, quantâ nec ferri in corpore poteſt, nec reperiri. Fixa enim, ni ultimam ignis ſævitiam ſentiant, vix, ac ne vix quidem, à quoquam quiverunt uſpiam, vel tantillo loco moveri. Quis unquam turpiùs ſuo ſeſe jugulavit gladio? probavit pag. 18. authoritate Hippocratis & Galeni atque ex effectis acetum eſſe frigidum, atque pag. 66. *Omne calidum eſt volatile*, & pag. 63. *Nullum acidum eſſe volatile*. Unde vel Tiro ex illius dictis neceſſariò inferat *Ergo nullum acidum eſſe calidum*. Sed videamus quibus machinis alibi diruat quod ſuprà & infrà magno mo limine exſtruxerat. Ante omnia verò notandum Succum Pancreaticum acidulum vel etiam acidiorem aliave acida Sylvio nunquam abſolutè frigida fuiſſe denominata, ſed

iſta

ſta illi ideò vocata fuiſſe frigida, quia Bilis ardorem ſpirituumque vitalium calorem refrænant, adeoque corpus humanum refrigerant. Nemo enim aceto nil calidi ineſſe niſi imprudenter aſſeruerit, uti ex mox ſequentibus manifeſtum fiet.

Le Vaſſeur igitur, quò conſtet ſe ſemet ipſum in omnes transformare formas, hîc quoque *dubitat* de eo, quod antea diſertè *adſtruxerat*, atque alibi, uti viſum, expreſſis verbis *negaverat*. Exoptat pag. 62. cum Galeno *artem*, *quæ*, inquit, *noſtrorum decore an dedecore temporum floret, ac ſæpè ſæpius nimio in pretio eſt, inveniendi, quà disjunctis acidorum partibus, quantum inſit ejus, quod calidum eſt, liceret dilucidè auſpari*. Primùm hîc opem Artis Chymicæ enixè implorat, quam odit, atque palàm agnoſcit, ſinè hâc arte ſciri non poſſe, quæ Medico ſunt ſcitu neceſſaria. Dubitat tamen, illane ars noſtro decore an dedecore temporum

floreat, quâ solâ rerum δυνάμεις potestates accuratè cognoscuntur. Sinè quarum cognitione, vel Hippocrate teste suprà allegato, Medicus titulo suo indignus est. Sed misso aut sufflaminato dubio, Acetum calidum esse ait, quia acre est & subtilium partium. *Quis enim*, inquit pagina citatâ 61. *tantam eorum acrimoniam & subtilitatem inerti ac supino prorsus frigori lubens adscribat.* Ubi statum controversiæ subdolè immutat: non enim lis est, an acetum, aut acidus Succus Pancreaticus, de quo solo quæstio est, omninò sive prorsus frigidus sit, sed an frigidus dici possit respectu humani corporis, circà quod Sylvius in sua Praxi unicè est occupatus. Videamus igitur, an acida, & speciatim acetum, &, de quo solo quæstio est, an acidulus Succus Pancreaticus sit caloris in humano corpore auctor, an verò hujus calor ab acido infringatur? Pro calore acidorum & speciatim aceti militans,
contrà

ontrà ſemet ipſum, uti monitum, ita
atur : *Antiqui laudante Galeno, acetum*
ινον τεθνεῶτα νεκρόντε *dicebant, quod depo-*
ito, ut inſit, vini calore, σηπεδονώδη *alte-*
um induere arbitrarentur pag. 61.
ed quid crepat Antiquos obſoletus
criptor, cùm Hippocrates lib. II.
le Diæta XXIII. 6. tàm diſertè dicat
ι ὀξινωδαῖοι οἶνοι ψύχουσι, uti ſtatim viſum.
& paulò poſt N.° 9. ὄξος ψυκτικὸν *ace-*
um frigeſaciens vocitet. Sed Hippo-
rate hoc tempore res ſuas habere
uſſo, in Galeno & Minjotio ſpem
uam fragilem oppidò repoſitam ha-
et. At quænam eſt illa oſcitantia!
Doctor Le Vaſſeur ſuprà pag. 18.
nquit, *Omniſcium Galenum* docere
cidum bilem frangere, atque acetum
ſſe ψυκτικὸν *frigidum*; hîc verò nihil nõ
git ut ejuſdẽ Galeni authoritate pro-
et, hoc jam verum eſſe, jam dubium,
am falſum. quę ſanè craſſa oblivio doli
aturam redolet; ne ſtuporis majoris
uàm qui in Doctorem cadere debet,
ipſum

ipſum accuſem. Præterea minùs concinnè connectit hanc ſuam argumentationem, quâ ex acredine & ſubtilitate, quæ aceto ineſt, illius calorem elicere ſatagit, cum authoritate Galeni, qui *lib.* I. *de Simpl. Med. facult. cap.* 18. huic illationi directè contradicens ait: *Etiamſi quis & illud, uti dixi, concedat, quicquid mordax fuerit, eſſe tenuium partium, non ſtatim tamen & illud calidum eſſe conceſſerit. Itaque nec acetum proinde, quòd mordax ſit, calidum erit, ſed tenuium partium, uti aër Borealis, non tamen calidum.* Similiter loco citato lib. IV. cap. 7. *Acida tenuitate pollent corporis, ſed perinde ut adſtringentia refrigerant.* Cum quo conſentiunt, quæ docet Galenus cap. 18. lib. 4. de Simpl. Med. facult. inquiens: *haud perinde ut cruſtam facientia medicamenta, ſed potius ut adſtringentia & refrigerantia citrà cruſtam ſanguinis fluorem ſiſtunt.* Eam tamen diſtinctionem adfert l. c. lib. IV.
cap.

cap. 8. *Quòd acidum in frigido subtili consistat, uti austerum in frigido crasso.* Et sanè Galenus l. c. lib. IV. cap. 24. acetum vocat *refrigerans & repellens*; uti postea ibid. lib. IV. cap. 24. *Acidum*, inquit, *omne quod tantum est acidum, quicquid id fuerit, planè frigidum est, sive pyrum, sive malum, sive acinus uvæ, sive rubi, Mora, sive mala Punica, sive quivis alius fructus, sive succus sive planta, ut oxylapathum sive oxalis; quippe si gustanti vehementem atque manifestam illi inesse aciditatem apparet, nec quicquam præ se ferat acrimoniæ, omninò hunc succum refrigerantem reperies, quin confidenter utitor, sive ad ardores, uti consultum est, hypochondriis imposito, sive ad Erysipelas, sive ad alium affectum calidum.* Ab usu igitur Medico, à Juvantibus & Lædentibus probat Galenus mille locis acida esse frigida. Sed Galenum nihilominus suum vocat, pro sese citat levis armaturæ miles. Qui cùm hactenus sub Galeno delitescere

tescere diutiùs nequit, fugit ad Minjotium, ejus opem blanditiis demereri studens. *Antiqui*, inquit pag. 61. *Acetum vocarunt* οἶνον ἀλίβαντα, *& Macrobius vini culpati nomine acetum insignivit, ut non dubito, legisti apud Heroëm nostrum, & omni prorsus encomio majorem, Minjotium, quem scio pariter ambo ferimus in oculis.* Sed quid illud ad rem? quis nescit acetum non esse vinum inculpatum? quin inde postmodum probabimus prolixiùs spiritibus calidioribus vini consumtis, demùm ex eo fieri acetum. Sed verò, nî vehementer fallor, ad rem facit, quod Doctissimus Doctor Minjotius pag. 36. Operis sui de Febribus malignis, alterantia præscribens, quibus præter alia subsidia, quæ ibi recenset, malignæ febres debellentur, *talia*, inquit, *eligantur, quæ obstructas*, fortè, *vias, unà recludant, ut radices fragariæ, graminis, dentis leonis, herbæ cichoraceæ, intybaceæ, endivia, cicerbita, buglossum,*

*lossum, borrago & oxytriphyllum præ
æteris convenientißimum propter acidi-
atem, ſicut & oxalis præcipuè rotunda:
Jt enim extrà corpus materiæ ſulphureæ
nflammabilitatem acida reprimunt, ſic
ntrà corpus flammantem bilem frænant.
d docet Hippocrates Sect. 3. de Diæta
:cutorum, ubi ait acetum picrocholis ma-
is conferre quàm melancholicis, quoniam
n his atrum humorem fermentat atque
nultiplicat: in illis verò ab aceto* τὰ πικρὰ
αλύεται καὶ ἐκφλεγματοῦται μετεωριζόμενα
π' αὐτοῦ *amara diſſolvuntur ac pituite-
cunt, dum abipſo in ſublime attolluntur.
:eque autem per* ἐκφλέγματοῦσθαι *intelligit
Hippocrates in pituitam verti, ſed pitui-
æ qualitatibus ut* frigiditate & craſſitie
lonari, quo ſenſu in ſenibus, bilis dicitur
λεγματοῦσθαι; *ideoque reddi* κατάῤῥοπον. *Ita-
que ex plantis dictis, maximè ex acidis
arentur decocta ad amplas doſes, quibus
n gratiam ægrotantium, ſaccharum diſ-
olvetur, ſed in minima quantitate.*

Porrò ſi acetoſa ſunt calida atque
calefa-

calefacientia, perperàm Hippoc. toto libro de Victu in Morbis acutis, perperàm Galenus & quotquot post eos praxin rectè exercuerunt præscripsêre Diætam medicamentosam ex acidis in febribus acutis; quas omnes, si malignas excipias, à bile deducendas uno ore fatentur. Non aliâ de causâ Crisin in febribus à bile ortis fieri concipio, quàm vi effervescentiæ in humoribus excitatæ ab acido, quod in ægro oritur discessu quorundam spirituum atque Salis volatilis, vi febrilis effervescentiæ facto, unde Lymphæ major acor, quæ acore suo cum bile, primariâ mali caussâ, effervescens, eam temperat, atque eadem illâ actione materiam, quæ morbi caussa est, secernit & excernit. Unde mirum non est, non modò in bona istiusmodi crisi, propter conflictum illum humorum inter sese ægrum multa pati, sed etiam antè crisin cunctis sese ad capitale prælium præparantibus: quâ de re

e videsis Hipp. Aphorism. 13. Sect. 1. Hinc etiam in diuturnis lientegiis, sive intestinorum lævitatibus, bortis ὀξυρηγμίαις ructibus acidis, qui riùs non exstiterunt Hippocrates nos enè ominari jubet, Aphorism. 1. ect. VI. acidum enim, fermentum tomachi, optimum naturali effer-escentiæ excitandæ remedium, in umano corpore tùm temporis augeri gnificat. Sed quid multis? ex aceti eneratione manifestum est, acetum ninùs calidiorum particularum con-nere quàm vinum, quandoquidem ropter spirituum calidorum, sive orpusculorum oleaginosorum discef-um proculdubio frigidioris fit tem-eramenti. In hunc finem vinum vase perto sudo cælo exponitur, ut, qui-usdam spiritibus, quorum agitatione rohibebatur acidi & salsi conjunctio, issolutis & separatis, atque aqueo umore quadantenus consumpto, a-escentes particulæ faciliùs cum Sale & re-

& residuis spiritibus conjungantur &
ut loquuntur, concentrentur. Und
acidi acrimonia. Sic ex acido & con
centratis particulis quibusdam mini-
mis Metallicis aut Lapideis Vitriolum
acre, & Mercurius præcipitatus ma-
ximarum virium oritur, cùm aliàs
Mercurius suopte ingenio flexilis sit,
nec solus corpori benè disposito no-
ceat, adeò ut author fide dignus refe-
rat rusticum Metallicis laboribus in-
sudantem, haustum Mercurii in pocu-
lo fortè asservati distento gutture in-
noxium assumsisse. Sed quia Mercurii
minimæ particulæ post quandam ef-
fervescentiam facilè adhærescunt aci-
do, quæ, utut suâ naturâ flexiles, aci-
do junctæ rigescunt & unitis viribus
acrimoniam suam produnt, magna
Mercurii copia in corpore acido acri
abundante noxia esse posset. Hinc
existimo eos, qui Lue Venereâ in-
fecti sunt, Mercurio inungi, ut aci-
dum, in quo præcipuè natura illius

Luis

.uis consistit, stimuletur, ut per du-
licaturas & interstitia membranarum
tque vasa Lymphatica ad os unà cum
Mercurio deferatur atque per salivam
xcernatur. Etenim Luem illam Ve-
eream acidam esse liquet non tantum
uia glandulas acido percolando de-
inatas maximè inficit, sed etiam
uia ab ea consumuntur ossa sale, uti
otum, abundantia, & quidem præ-
ertim in medio teretium ossium, at-
ue universim eo loco, ubi ossa minùs
iscido humore dulciore, quo acri-
nonia Luis illius obtunditur, irrigan-
ur. Unde etiam quia in gingivis est
cidi copia, cum qua Mercurius eò
elatus effervescit, infandos dolores in
s patiuntur; dentes alveolis suis atque
ingivis rarefactis vacillant; atque in-
uper utpote ossa, eroduntur. Nec
ontagio nocet distantibus. Ex qui-
us manifestum est, Luem Veneream
sse Venenum minùs volatile, & aci-
um. Aliquos igitur, non tamen
omnes

omnes ſpiritus avolare debent, ut fiat acetum; quod vel hinc conſtat, quia aliàs phlegma ſpiritûs Vini rectificati optimum eſſet acetum, quod tamen ne acidum quidem eſſe neminem, ut opinor, fugit. hinc, ut eſt in diverbio, optimi vini acerrimum acetum. Præterea non prorſus ſpiritibus deſtitutum eſſe acetum, manifeſtum, quia oleum amarum & ſpiritus inflammabilis dextrâ Chymicâ manu, ſed parùm admodùm elicitur: quæ ratio eſt quare dixerimus acetum non quidem abſolutè frigidum eſſe, ſed frigidos in humano corpore effectus producere. En artem, quam modò cum Galeno optavit, ut rerum potentias ſcrutaretur! Neque acida pituitam incidunt ſuo calore, uti & modò ex Galeno probatũ, ſed ſuâ partium tenuitate, eâque illarum acrimoniæ diſpoſitione, quâ cum ſale, qui illi pituitæ ineſt, effervefcunt, (non ergo effervefcunt acida cum pituita inſipida aut aceſcente) quâ effervefcentiâ pituita

uita acidarum particularum acumine
elut totidem Lanceolis inciditur
notuque rarescit,& ὁυρὲν φλῆγμα *fluida*
ituita,quę viscida fuerat,redditur. Vel
plus tartareæ atque terrestris pituitæ
li insit, sitque in loco, unde non faci-
è secernatur, sale & acido acrioribus
ost prælium aliquod cum terrestri-
us partibus concentratis sive coale-
centibus indurescit vel etiam lapide-
cit: uti & aliquando pituita loco alicui
alido inclusa, vaporibus aqueis effer-
escentiâ & calore ex eâ discussis par-
cularum suarum contrariarum coa-
ulatione & exsiccatione indurescit.
Hùc spectat Hippocrat. *De Affect.*
XII. 14. 15. ubi ostendit *stercore in*
testino indurato, pituitam circà hoc
lligi. Unde in pulmonibus rotunda
thisicorum sputa, dura & quando-
ue lapidea. Etenim πῆξις ξηρασία τὶς ἐστὶ,
oncretio quædam est exsiccatio. uti
oquitur *Aristotel. lib.* IV. *cap.* VII.
Meteor. Aliquando verò acribus illis
& ter-

& terreſtribus particulis in humid
concentratis, uti loquuntur, in Veſic
urinaria atque fellea & alibi calculo
oriri, ut & cryſtallos in liquore Tar-
tari, beneficio acidi, putà olei Vitrio
li, generari videmus.

Certè hæc pleraque potuiſſem omi
ſiſſe, cùm quæſtio ſit, an acida bili
æſtum temperent, quod ipſe ratione
experientiâ & authoritate Hippocra
tis & Galeni alibi, uti viſum eſt, e
profeſſò aſſerit. Acetum igitur aceto
atque acidus Succus Pancreaticus ſun
frigida & bilem temperant; quemad
modum è contrà calida ſunt, qu
Sale, ſpiritu & oleo abundant: in qu
bus vix aliquid acidi ineſt: adeò u
Sal ex quo cum aliis compoſita ſunt
ferè ſit purum, quod Chymici (u
illud à Sale communi diſtinguant
cui non parum acidi ineſt, uti ex ſp
ritu qui inde elicitur, liquet) Alka
vocant. Talia calefacientia ſunt pi
per, caryophylla, cinnamomum alia

qu

ue aromata uti & coriandrum, ani-
ım, Fæniculi, Carui, neç non thy-
ıus & Rosmarinus, Lavendula, &c.
que radices pyrethri, Zingiber, Ga-
nga, &c. quod multis rationibus
obare, esset, uti opinor, actum age-
. Interim verbo notandum calida
oprié loquendo esse subtiliora, ca-
rem enim esse vehementiorem sub-
lioris materiæ agitationem nemi-
em, uti opinor, fugit; crassiora verò
orpora talia denominari, quia calida
orpora in sese continent, aut illorum
ccasione, calida corpora in illis aut
rcà illa exoriuntur, aut exoriri pos-
nt: quæ propterea dicuntur calida
loquendi modo, quo Magnes dici-
r trahere ferrum aut Magnetem: eo-
ie sensu ferrum quamvis candens,
oprié non urit, sed hoc agere dici-
r denominatione ab igneo vortice
r poros ferri & circum illud rapi-
ssimè acto: quæ utpote in vera Phi-
sophia exercitatis manifesta, proli-
xiùs

xiùs explicare non eſt neceſſe. Qui
igitur ad oculum tactumque demon-
ſtratum fuit, dari efferveſcentiam in
Inteſtinis ab adverſa acrimonia acid
& bilis ortam. Quia acidus Succu
Pancreaticus frigore æſtum bilis tem-
perat, bilis verò caloris & æſtûs cauſ
eſt, atque pituita pro ratione diverſi-
tatis temperamenti vel acrimonian
utriuſque temperat, vel etiam alterun
alterumve adjuvat, facilè concipitu
pro ratione copiæ aut acrimoniæ ma-
joris vel minoris cujuſque humoris il-
lius Triumviratûs neceſſariò oriri de-
bere efferveſcentiam vel naturalen
moderatam, temperatam & blandam
vel præternaturalem calidiorem, fri-
gidiorem, vehementiorem, majorem
diuturniorem vel contrà.

Ut falſi crimen evadere non poſſi
dum ait pag. 19. *Sylvium Succum Pan-
creaticum ſemper pro ἰσχυροτάτῳ, vehe-
mentiſsimo venditare, cujus exemplum
in corrodente ſpiritu vitrioli aut Nitr
con-*

onspiciendum præbet. Quod si esset, do-nda prorsus hominum sors & lugenda ret, quorum exta perpetuis dilaniaren-r cruciatibus, aut adurerentur καυτη-οις. Sic nempe vivitur cum

Flammifera Erynnis verbere excusso sonat
Rogisq; adustas propius ac propius sudes In ora tendit.

ppis enim & tonsoribus notum, in ore, od pari cum ventriculo & intestinis embrana vestitur, usu postulante, haud rnendam excitari per Spiritum vitrio-levi contactu ἐσχάραν. Hęc scribere non ubescit. Ast tantum abest, ut Sylvius tuat omnem effervescentiam esse neam, ut ex professo doceat, nullam æter blandã effervescentiã in benè nstituto humano corpore excitari: pote qui suæ praxeos p. 106. *Non ntùm,* ait, *quando è ventriculo ad Inte-na propelluntur alimenta fermentata, fluunt quoque in tenue intestinum Bilis Succus Pancreaticus; verùm continuò,*

adeoq; illo etiam tempore, quo nullum assumtum, vel ad Intestina deductum est alimentum, eò feruntur, ac necessariò ibidem propter partium suarum dispositionem subcontrariam in concursu suo effervescentiam excitant, in Sanitatis quidem statu, h. e., quamdiu benè dispositus, temperatusq; est uterque, blandã & naturę amicã; *ubi verò alteruter, aut uterq; intemperatus est & acrior, vitiosam & noxiam.*

Quod ut distinctiùs patescat, ostendit pag. 109. *Hanc effervescentiam prosperæ valetudinis tempore* admodum blandam *esse vel indè patet, quòd nullu[m] sit ejus Sanis sensus: qui tamen in ægri[s] tàm sæpè tàm est manifestus & atrox, a[c] per lancinationes, distensiones, tormina, frigora, æstus, ebullitiones,* &c. *tùm i[n] regione lumbari, tùm in sinistro hypochondrio, tùm in universo quandoque abdomine prodens. Multifariè verò vitios[a] existit prædicta effervescentia* 1. *ration[e] Bilis acrioris & Salinæ: unde sitim sæpiùs augeri, atque Diarrhæam plerumq[ue]*

or

riginem trahere arbitror. 2. *Ratione ilis naturali Pinguioris, unde Ardorem regione lumbari tantum, aut in uni- erſo præterea corpore produci exiſtimo.*
Ratione Succi Pancreatici Acidioris acrioris; unde cæteris paribus Frigus ccitari puto plerumque in nominatâ mborum regione, ac poſtmodum in uni- rſum diſtribui corpus: quod manife- um eſt in omni penè Intermittentium ebrium principio. 4. *Ratione Succi ancreatici Auſteri & Acerbi, cui ad- ribo tùm ſimilium Halituum Hypo- ondriacam Suffocationem producen- um, tùm dolorum Inteſtina mirè tor- uentium ac contorquentium ortum. Ratione Pituitæ viſcidioris, ex qua ge- rari ſolent Flatus ſimiles, ac Inteſtina, ntriculumque, aliaſvè ſubinde partes ſtendentes, imprimis quando concurrit lis acrior; aliàs enim Sanguis produci- r tenax viſciduſque, Melancholici no- ine notus. Ubi & bilis & Succus Pan- eaticus ſimul peccant acrimoniâ pro-*

 priâ,

*priâ, Dolores excitantur in tenui Inte-
ſtino atrociſsimi, & nonrarò ipſis copu-
lantur vel Cholera morbus, vel Dyſente-
ria,* &c. *ac ſemper ferè inordinata Fe-
bris: de quibus ſuo agemus loco. Ubi
præterea Pituita exiſtit valdè viſcida, vè
aliàs vitioſa, ibi Affectionis, Suffocatio-
nis, aut Melancholiæ Hypochondriacæ
Scorbuti, Colicæ, aliorumque Affectuum
affinium & quidem graviorum generati-
indies ſe prodit, & verò nunc hâc, nunc
illâ, ſæpiuſq; mutabili formâ. Intereſt pro-
inde, ut quivis Medicus pro re nata ſcru-
tetur ac inveſtiget ſedulò trium horumce
Humorum naturam & qualitates tùm
naturales ac temperatas, tùm præterna-
turales ac à temperie propriâ recedentes
noxaſque homini infinitas cauſantes.*

Unde certè manifeſtò conſtat Do-
ctorem Le Vaſſeur affectuum æſtro, u
ſpontè fatetur p. 88. non verò veritati
zelo ſcripturiiſſe: nec reveritus ip-
veritati in os contradicere, Sylviò ac
ſcribit, quod nunquam cogitavit, im
cuju

ujus contrarium toties tàm sedulò
culcat. Neque verò hæc nescivit Le
asseur, utpote qui p. 9. & p. 70. re-
ensset præcipuos textus ex Sylvio sta-
n citatos, in quibus blandam effer-
escentiã fieri docet. Qui igitur p.78.
r contẽtũ ait: *Novator Belga*. hîc me-
ò nominari posset Veterator Gallus.
Sedulò porrò investigemus quid
ficiat illa humorum in tenui Intesti-
effervescentia. Sylvius Praxeos suæ
g. 107. ait: *Censeo in illo binorum
rumce Humorum confluxu dissolvi Pi-
itæ Intestini tenuis parietibus adhæren-
partem Fluidiorem, eandemque cum
aximâ Bilis, Succique Pancreatici con-
escentium parte junctam penetrare in
ecteas venas usque ad Còr: dum pars
usdem Pituitæ tenacior & viscidior cum
qua reliquorum Humorum parte iti-
m viscidiore pergit sensim ad Intesti-
m crassum, ibidemq; Alvinis Fæcibus ad-
sta easdem viscidiores facit & flaviores.*
Primùm igitur Pituitam in intestino

tenui contentam attenuat, ne videlice
illius infarctu fieret obstructio aliav
occlusio meatuum illorum, per quo
humores in Intestina ex ductu bilari
Intestinali, Pancreate, Stomacho aliis
que meatibus profluant; vel etiam pe
quos Spiritus eò confluant; vel istorun
quoque per quos Chylus in reliquun
corpus derivetur: vel etiam ne pituit
illius abundantiâ Sensus aut motus In
testinorum amittatur, aut obtundatur
quò ad sequestrationem Chyli atqu
onerum Ventris excretionem segnior
evadant, iisque impleantur & graven
tur, eorumque noxiis halitibus & va
poribus totum corpus inficiatur. quan
pituitæ attenuationem Galenum ne
scium humoris Pancreatici, soli bi
adscripsisse, suprà probavimus. Dein
de ut attenuata illa Pituita bilis fluorem
& acredinem temperet. Huic luci te
nebras objiciens p. 25, 26, 27. *Primùm*
inquit, *frigore nequaquam densari ho*
phlegma, quod tamen necesse est, si effer
vescentiâ liquetur & contabescat. Cu

Cui ſanè plebejæ objectioni jàm
udum alibi ſatisfactum. Nititur enim
ypotheſi, anteà pag. 65. omninò di-
ıta, omnem videlicet efferveſcentiam
ſſe calidam; cùm tamen eam quando-
ue calidam, quandoq; frigidam, quan-
oque moderatam, blandam & tempe-
ıtam eſſe ſuprà abundè probatum ſit.
deò ut pituita illa liquidior reddatur
i efferveſcentię, non quaſi actio ea eſ-
t calefactio ut ſupra p. 116. proba-
ım, ſed quatenus pituita efferveſcen-
â illâ præcipuè à ſpirituoſis & acidis
articulis, velut totidem Lanceolis in-
ditur & ulteriori motu rareſcit. adeo-
ue ea facilius ſegregatur atque ab in-
eſtinis ſeparatur, naturaliter quidem,
uouſque id naturæ conducit, præter-
aturaliter verò, aut minùs aut etiam
imiùm: adeo ut non ſemel obſervatũ
ierit inteſtina abraſa illa ſua pituitoſa
ınica pellucida apparuiſſe. Hinc & do-
ores inteſtinorum illo ſuo veſtimen-
o privatorum; unde motus periſtalti-

cus augetur; inde fluxus alvi intempestivus stimulatis eo dolore intestinis ad excretionem eorum quibus onerantur atque tandem aliquando inde generari possunt intestinorũ inflammationes, exulcerationes & dysenteriæ.

Ex quibus constat, ex mente Sylvii & rei veritate effervescentiã à valdè acri acido subtili sive spirituoso cũ naturali bile excitatã, adeoq; naturali frigidiorẽ, de qua suprà, magis attenuare pituitã quàm istam, quæ & naturalis est & calidior; unde dolores lancinãtes, tormina, &c. acria enim ista instar strigilũ intestina abradũt, atq; suâ acredine exedũt. Longè certè accuratius argumẽtatus fuisset si dixisset; Si effervescentia ab acido subtili & spirituoso cũ sale volatili excitata pituitam attenuat atq; incidit, ergò effervescẽtia ab acido austero producta pituitã crassiorẽ reddit.

Melancholiâ enim hypochondriacâ Laborantium, ab acido austero pituitam coagulante, intestina scatent viscidâ

cidâ & tenaci admodũ pituitâ. Adeò
t Nobilis quiſpiam Schiedami morbo
Hypochondriaco laborans, meæ cu-
ę commiſſus, excreverit per inferiora
ituitam adeò viſcidam, ut primùm
utaverit ſeſe inteſtini partem quan-
am, deinde verò ſe vermem immenſę
raſſitiei excreviſſe. Idem Lipſio ac-
diſſe refert Joannes Heurnius. quod
t aliis contigiſſe variæ Obſervationes
Medicorum proteſtantur. At verò D.
e Vaſſeur potentiarum & facultatum
Hippocraticarũ prorſus ignarus, non-
ſi frigoris & caloris, ut quiſpiam de
ivio, ineptam mentionem facit. Si
onſiderare potuiſſet poſt effervеſcen-
am in inteſtinis fieri quandam, uti
nuium humorum ſeparationem, ita
propterea craſſiorum coagulatio-
em & velut præcipitationem, facilè
onсepiſſet, quî fiat, quòd quâdam pi-
itâ ſolutâ, alia quædam poſtea natu-
liter generetur, quæ denuò viſcidior
teſtinorum parietibus adhæreſcat.

Ut autẽ videat viſcida aliunde quàm
à calore & frigore liqueſcere & con-
dẽſari, Spiritûs ex.gr. Nitri dulcis pa-
rum miſceat cum albumine ovi & op-
pidò illud attenuatum videbit. quod ſ
condenſare albumen ovi velit, alumen
illi permiſceat, & è veſtigio in conſi-
ſtentem pultem, inſigne ad inflamma-
tionem præcavendam collyrium, con-
creſcet. quam liquefactionẽ & concre-
tionem non fieri vi caloris aut frigoris
nemo negaverit: cùm in aëre calidiori
pariter & frigidiori ſuccedant experi-
menta, ſine mutatione caloris aut fri-
goris à ſolo ſpirituoſo acido dulci, &
illi oppoſito auſtero. Unde conſtat
quia ſolius caloris & frigoris mentio-
nem facit, quàm bellè hic Doctor ſui
ægris, pituitoſis morbis laborantibus
cõſulat. Sed urget fol. 25. *frigore nequa-*
quam denſari hoc phlegma, quod tamen
neceſſe eſt, ſi efferveſcentiâ liquetur &
contabeſcat, oſtendam. εἰ οὖν ἔπηξε θάτερο
θάτερον λύσει; οὕτω γὰρ τὰ ἐναντία ἔσται αἴτια

ἐναν

ναυ7ίων. i. e. *Si igitur alterum incrassa-erit, alterum liquabit; sic enim con-raria erit caussa contrariorum, ut habet Aristoteles lib.* IV. *meteor. cap.* VII. Ibi Aristotelis auctoritate probare ontendit, quicquid altero contrario olvitur , altero debere concrescere. Inde infert; Si pituita dissolvatur ca-ore, Ergò frigore debet densari. Sed rimùm, apud Aristotelem verba, ab pso citata non reperiuntur; quæ ta-nen aut fideliter recitanda aut reti-enda fuissent. Hæc enim; εἰ οὖν ἐπήξε ἅτερον, θάτερον λύσει, *Si alterum incrassa-erit, alterum eliquabit*, non habentur n Textu. imò contrarium docet Ari-toteles l. c. ita enim loquitur ἀπορώτατον ἔχει ἡ τοῦ ἐλαίου φύσις, &c. *Olei autem na-ura perquàm ambigua existit. Nam si lus haberet aquæ ut à frigore glaciei nodo cogeretur, oporteret. Sin verò ter-æ, ab igni, perinde ut fictile, nunc autem neutro cogi, sed è regione ab utroque rissari videtur.* Cujus rei caussa est, quod

aëre

aëre refertum ſit. Quapropter & aqua per ſumma inſidet. etenim aër quem continet, ſurſum verſus effertur. Frigus igitur, dum è ſpiritu, qui inter oleum eſt, aquam elicit, oleum ſpiſſeſcere facit. ſemper enim ubi aqua & oleum permiſta fuerint, quippiam utroque ſpiſsius exoriri aſſolet. Ab igni autem tractuque temporis albeſcit craſſeſcitque. albeſcit quidem aqueo humore, ſi quis inſit, evaporante: craſſeſcit verò quòd marceſcente calore, aër in aquæ vicem tranſeat. Utraque igitur ex parte, atque eandem ob cauſam, verùm non eodem modo eadem oritur affectio. Ergo opera utriuſque ſpiſſari aſſolet.

Quibus probat Ariſtoteles & ignem, & aquam elementa aſymbola atque utraque qualitate contraria adeoque & calorem & frigus, oleum condenſare. Et certè cornu molleſcit frigido & humido, videlicet, aquâ; & calido & Sicco, videlicet, igne, illi è diametro contrario, & frigore itidem

& ca-

t calore ſiccari atque indurari ficti-
a quis neſciat. Diſat, ſi dubitat,
Doctor Le Vaſſeur illud ex Ariſtote-
e citato cap. VII. lib. IV. Ubi inquit:
*c hiſce nonnulla frigoris etiam vehe-
nentiâ craſſeſcunt, (uti diximus) exſic-
antur que: frigus ſiquidem non modò co-
t & deſiccat, verùm etiam incraſſat.*
igus igitur exſiccat, calor illi contra-
us itidem. ἀλλ' ἐχ ὡσαύτως, *ſed non eo-
em modo*, uti diſertè monet Ariſto-
eles l. c. quod ſi percepiſſet & diver-
tatem modi agendi & ſubjectorum,
onſideraſſet, ni fallor, ſequentia illa
riſtotelis verba ad abſurditatem
iam probandam nunquam adduxiſ-
et. *Contrariorum contraria ſunt ef-
ecta.* Si enim illatio Doctoris Le
Vaſſeur ſimpliciter vera foret, ſeque-
etur, Si frigus exſiccat, uti probatum,
rgò & calor humectat, atque ità
riſtoteles eò loci ſibi & veritati tur-
iter cõtradixiſſet. Illi, ex quorum nu-
nero vult videri Le Vaſſeur, illam ob-
jectio-

jectionem ſolvunt diſtinctione cauſſæ per ſe, & per accidens, adeoque ajunt frigus per accidens præter ſuam intentionem, vel ſi libet, præter opinionem & ſententiam ſuam exſiccare, at verò quia omnis cauſſa per accidēs nugatoria eſt, orta ab inani hypotheſi, quā ſtatuunt, rebus ineſſe quendam appetitū; exiſtimamus in genere ventum & Solis radios eſſe cauſſas diſcutientes humoris madefacti ex. gr. veli, atq; eatenus convenire, differre verò duntaxàt modo. Sic & eadē eſt Solis facultas indurandi & condēſandi glebam & emolliendi ceram, quamvis diverſū opus in diverſo ſubjecto producat. Abſona igitur eſt illatio D. Le Vaſſeur, Si calor liquefacit, ergò non condenſat, notiſſimū enim eſt, præter ſtatim allata exēpla, calorē primùm liquefacere gelatinā ex glutine, deinde eandē cōdēſare.

Sed & aliud non minus ficulneum argumentum veritati objicit pag. 27. *abſonum*, inquit, *videtur eſſe, muci inteſti-*

ſtinalis ortum frigori imputare, cùm tius ex Philoſopho conſtet, à coctione nnia, & calore recipere, quod in-aſſentur. At verò *Omnia ne* à ſolo ca-re *incraſſantur?* perperàm igitur lippocrates lib. de Natura humana I I. αὔξεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ φλέγμα χει-ῶνος, &c. *augetur pituita in homine eme, hæc enim hyemi maximè conve-t ſecundùm naturam, nam ex omnibus corpore exiſtentibus, frigidiſsima exi-it.* Utrumque ab Hipp. prolixè pro-ntum videſis loco citato. addeſis A-horiſm. 23. & 31. Sect. III. Et Lib. e Locis in homine XV. 10. πᾶν τὸ ὑγρὸν ϑερμαινόμενον λεπτότερον γίγνεται, &c. *Omnis umor calefactus tenuior fit, & omne ce-ens fluit, maximè verò ubi valdè fuerit flammatum, propter hanc fluit cauſam.* ufficiat illi annotaſſe Galenum *de brium differentiis* Lib. II. cap. 6. ita qui: *Quicunque humor natura frigi-us atque humidus fuerit, hunc nos pi-itam appellamus.* Quin & expreſſis

Ariſto-

Aristotelis verbis eo ipso VII. capite quod modo pro sese citavit abundè refutatur, utpotè qui verbis partìm supra citatis ait; *ex hisce nonnulla frigoris etiam vehementia (ut diximus) crassescunt exsiccanturque; frigus enim non-modò cogit & desiccat verùm etiam incrassat.* Denique quis unquã mortaliũ audivit frigus tantum attenuare: quod ex illius hypothesi verũ erit, si, ut ait, *à coctione omnia & calore recipiant quòd incrassentur*, argumento sententiæ Hippocratis è diametro opposito. Certè distinguere solẽt accuratiores Medici inter consistẽtiã eam, quę est à coctione, & eam, quę est à cruditate. Hinc cùm requirunt quandam sanguinis tenacitatem, non eam exigunt, quæ est à pituita cruda, frigoris pręsertim sobole, sed eam, quę est à naturali humorũ coctione. Puderet sanè me rem nulli non compertissimam, frigus videlicet condensare, auctoritatibus velle probare; nam sola glacies vim frigoris coagulãdi abundè demon-

emonſtrat, niſi probandum ſuſcepiſ-
m Le Vaſſeur nunquam Sylvio con-
adicere, quin Hippocrati pariter
iiſque Veteribus contradixerit.
Porrò effervefcentia illa promovet
ἀδδοσιν diſtributionem, adde perficit
imùm atque abſolvit effervefcendo
oncoctionem cibi in ſtomacho fer-
entati, deinde diſtribuit: chyli au-
, addo & ſpirituum, diſtributionem
fariam juvat, primùm diſſipatione,
enim vi illius inteſtini motûs ſive
fervefcentiæ, ſpiritus quidam minus
gati diſſipantur, & per Lacteas ve-
s aliaque ſpiracula corpori reli-
uo, præcipuè cordi communicantur.
einde etiam craſſioribus cibi fer-
entati & effervefcentiam paſſi par-
bus veluti coagulatis & à chylo ſe-
egatis, ut caſeus à Lacte, chylus
on modò paratior eſt, ut inde diſce-
t, ſed & eâdem illâ effervefcentiâ
omovetur ipſe & velut ſtimulis
citantur inteſtina ad motum peri-
ſtal-

ſtalticum, quo tùm ſegregatus & actu vi efferveſcentiæ chylus in venas Lacteas aliaſque vias impellitur: tùm etiam Chylus, craſſis excernendis intricatus, eâdem vi ex illis, velut ſerum ex caſeo exprimitur, atque in meatus modò dictos imprimitur, fortiùs quidem in Inteſtino jejuno ob motum periſtalticum in illo talem, quo, circulis illius Inteſtini continuo ſucceſſu verſus inferiora arctiùs contractis, ea, quæ in eò reperiuntur, vel deorſum ſecernuntur, vel in meatus inteſtinorum imprimuntur. Unde, quia raro quicquam in eo reperitur, Inteſtinum Jejunum appellatur. Quâ de re videſis Galenum lib. v. de Uſu part. cap. III. & IV. Sed Sylvii ſententiam ejus verbis deſcribam: *Quoniam verò*, inquit, pag. 107. *ſecundùm naturam ſemper obſervatur Pituita in tenui inteſtino conſiſtens, atque à Saliva continuò deglutita originem ſuam ducens, cujus quoque nomine mutatio-*

tionem aliquam patiatur prædicta Ef-rvescentia: censeo in illo binorum ho-umce humorum confluxu dissolvi Pituitæ testini tenuis parietibus adhærescentis rtem fluidiorem, eandemque cum ma-ima Bilis, Succique Pancreatici con-escentium parte junctam penetrares in acteas venas usque ad Cor: dum pari usdem Pituitæ tenacior & viscidior im aliqua reliquorum Humorum parte idem viscidiore pergit sensim ad Inte-inum crassum, ibidemque alvinis fæci-us admista easdem viscidiores facit & aviores. At verò hæc iterum Docto-Le Vasseur displicent 1. quia bilis ntæ in corpore utilitatis sibi non vi-eatur. quin etiam, ut stulti, dum vi-nt vitia, Bilem non modò ut inutile ondus contemnit, sed ut venenum amnat. Lubet illius discursum hùc dducere, ut constet ex quibus locis ndamenta sua petat. paginâ igitur 4. ita fatur: *Cæterùm non dubito, quas quatur partes, ubi quæritur, utrum bi-*

lis

lis sit ad vitam incolumnè transigendam necessaria. Sed eum percellere debent Antiqui, ex quorum sententia vulgo credebatur, vacuitatem fellis homines prolixiori vitâ beare. *Aristoteles ex lib. 4. de part. animal. cap. 2. qui un movit, sic gessit acriter hanc litem, unà calculum adjecit, argumento*, ex solipedum *cervorumque tribu deducto*, qui felle carent, & diu vivunt. *Unde Plinius scribit*, fel hominum paucis non est, quorum valetudo firmior & vita longior. *Ex eodem*, in Euboeæ chalcide nullum pecori datum est; *cui fidem facit alicubi Dioscorides. Nec Democritum hîc æquiorem habet, cum ait* χλωρὴ δὲ χολὴ περὶ ἥπατι ἱδρύουσα, καὶ διαφθορὴ σώματος ἀνθρωπίνου ὑπερβλύσασα γίνεται. βλαβερὸς δὲ σώματος ἀνθρωπίνου, καὶ ἀνωφελὴς ἐνοικός. *Bilis verò flava, quæ circà Hepar versatur, corpori est exitio* ubi ebullit. *Est enim corpori humano gravius & nullo ejus commodo, domestica, epistola ad* Hipp. *Posse etiam proferre Paracelsum,*

ut

r habeat ἐκ τῶ συμμάχων, ex Sociis, *Syl-*
us, quo ἀναπολογήτως *sileat. Sic enim*
othus ille spuriusque Theophrastus, est
oc membrum in natura superfluum,
t instar monstri: *lib.2.de virib.memb.*
ap. 11. paulò post; sic fel quoque, lo-
um naturæ est, quod juxtà bonum
ese insinuavit, non ad conservatio-
em corporis, sed ejusdem destru-
tionem. *Ast tales* τῦ βίυ λυμεῶνας *vitæ*
estes, ut loquitur Basilius Magnus, alio-
um probatorumque consortio dignari
udet.

Diruit, ædificat, mutat quadrata
rotundis.

Fingit abundè fæces, infit, habemus enim
onfitentem reum, succi triumviralis ef-
eta magis & vieta pars, ac ebullientem
& fluidam illius copiam, per Lacteas ve-
as Lymphæ conjunctam, cor petere tra-
it, incorrupto chyli nitido puroque can-
ore. Quid errare vocas, si non insignis
rronis hæc sit inconstantia? qui latet
recor, inconspicua illa, ut cum ciniflioni-
bus

bus loquar, tinctura, tàm delicati colori succo confusa, si illaudabilis ejusdem portio solidas alimentorum reliquias tamen impurat? Huic ἐναντιολογίᾳ *venia utcunque concedi poterat, sunt etiam in Sole nævi, boni sunt libri, in quibus quàm minimum mali. At toties eadem oberrat chorda, ut id ipsi excidisse minus persuasum habeam, quàm data opera errori litavisse.* Hucusque Le Vasseur.

Bilem igitur non modo ad vitam incolumè transigendam non esse necessariam atque inutilem, sed etiam noxiam, perniciosam & pestiferam, palam asserit. Qui antea p. 11. Stentoriâ voce, ubi opus non erat, clamitabat, *naturam nil frustra facere* eamque *refingere impoßibile esse*, hîc, tanto flagrat in Sylvium odio, non modo secum ipse dissidet, sed & ipsi naturæ litem movet, eamque corrigere satagit, atque seriò queritur Naturam destinatâ operâ non modo frustranea sed & nocitura producere. Hinc cassis

votis

otis humanum corpus, vana quadam
etamorphosi, bile, humore ad vitam
ſtentandam neceſſario, privatum
optat. Et quare? proculdubio, ne
ylvius, riſum teneatis amici, effer-
ſcentiam in inteſtinis probare poſ-
t. Quin potiùs exoptet ſibi ſoli ce-
brum eſſe cæteros mente caſſos, ne
uis illius nugas carpere poſſit. Bi-
m, Humorem ſcilicet inutilem &
oxium ex Humano corpore exturba-
m cupit. Si illi conceſſa eſſet omni-
otentia quanta majori Sapientia il-
m moderaretur acutus ſtipes. Ho-
ines crearet ad imaginem ſuam,
quis & mulis ſimiles, quibus uti nulla
ilis ineſt, ut aſſerit ex Ariſtotele, ita
nullus intellectus, teſte Dei verbo.
Jemo amplius miretur Sylvii opuſcu-
m Momo diſplicere, qui ipſam na-
uram, accuratiſſimum Dei Opt. Max.
pus, carpere non veretur. Hactenus
gitur Sylvii Naturæ interpretio, jàm
erò Dei cauſam directè tu egris, cor
cujus

cujus utique opera inculpata sunt & perfectissima.

Bilem igitur nobis esse naturalem id est, naturæ, sive perfectioni nostr corporis apprimè convenientem, u ilem & necessariam vel inde sequi tur, quia est illius pars; cum alii enim humoribus sanguinem cæte rasque humani corporis partes com ponit. Adeo ut vix ulla detur hu mani corporis pars, quæ, naturali ter disposita, non sit magis minusv bile tincta. Hoc ratio probat, quan doquidem similibus alimur. idem o stendit chymia, manifestâ resolutione Idem denique docet Hippocrates Lib. IV. de Morbis I. 4. *Habet*, in- quit, *& mulier, & vir quatuor species humoris in corpore, à quibus morbi fiunt, qui non à violentia aliqua fiunt. Sunt autem species* sive *pituita, sanguis, bilis & hydrops, sive aqua. Et de his non minima, neque debilissima in semen procedit portio.* Et ne quis cum Doctore

Le

e Vasseur oscitanter hæc verba le-
ns putet bilem humorem esse qui
n nisi morborum sit causa, subdit,
ia animal parentibus simile nascitur,
humorum species & sanorum & mor-
orum in se ipso habet. Et postquam
b. de Natura humana text. VIII.
lem, pituitam, sanguinem & *aquam,*
e diversæ naturæ & discrepantis fa-
tatis, textu sequenti addit, *illa esse*
genita. Quomodo enim, inquit, *non*
nt congenita? primum enim mani-
tum est, hominem in se ipso hæc omnia
ere quamdiu vivit. Deinde nata
t illa ex homine omnia illa habentia,
tea nutrita sunt in homine hæc omnia
ente. Etenim ut dixerat Lib. IV.
morbis Text. III. *in omnibus cibis*
potibus biliosi quid est. & aquosi, &
guinei & pituitosi in alio plus in alio
nus: quibus adde sis Lib. de Na-
a humana text: XI. I. 2. supra pag.
. citat.
Imò verò Text. V. 9. Libr: (in
 quo

quo ex professo agit) de *Natura hu*-*mana*, *corpus*, inquit, *hominis habet in se sanguinem & pituitam & bilem duplicem flavam videlicet & nigram, atque hæc sunt ipsius corporis* natura & *per hæc &* ægrotat & sanus *est*.

Quo verò constet quando bilis & eadem est cæterorum humorum ratio sanitatis aut morborum pars est & causa, *sanus*, inquit, l. c. textu v. *equidem maximè est, ubi temperamentum hæc inter se habuerunt moderatum tum facultate tum copia: & ubi maximè fuerint permixta.* quod & alibi non semel inculcat. Libro videlicet de *Veteri Medicina* Text. XLII. supra pag. 21. citato. & ejusdem libri Text. XXXIV. 21 supra pag. 18. descripto; uti & ibidem Text. XXXI. 19, quem pag. itidem 18. Sed quid prodesset idem infinitis aliis locis probasse. Pergit autem Medicorum summus libro citato *de natura humana* Text. VI. & VII. *Ægrotat autem*, inquit, *cum horum quid mi*-

nu-

s aut amplius fuerit aut ſeparatur in
rpore & non fuerit reliquis omnibus
ntemperatum. neceſſe eſt enim cum
id horum ſecretum fuerit, & per ſe
terit (niſi in locis ſecretioni illorum
natura deſtinatis) *non ſolum eum lo-*
m unde ſeceßit morbidum fieri. Sed
am eum in quo ſtat, & in quem pro-
r nimiam copiam diffuſum eſt, dolore
morbo vexari. Etenim, cum quid
rum omnium extra corpus effluxerit
plius, quàm redundat evacuatio ipſa
lorem exhibet. rurſus itaque. Si idem
us fecerit evacuationem & tranſitio-
m, ac ab aliis ſecretionem, geminatum
lorem exhibere neceſſe eſt, velut di-
m eſt: nempe unde diſceßit, & ubi
eptum redundat. Dixi porrò quæcun-
e hominem eſſe dixero, ſemper demon-
aturum me eſſe quod talia ſint κατὰ
ον καὶ κατὰ φύσιν, *id eſt*, ſecundum vi-
licet à Deo naturæ inditam; vel,
Interpres loquitur, *juxta receptum*
rem ac opinionem & juxta naturam.

 Si

Si igitur bilis cum cæteris humoribus necessariò requiratur ut corpus humanum sit ἰσόκρατον *æqualiter temperatum* utpote cujus intemperies consistit in concordi discordia, sive contrariorum harmonia. Si hæc humorum harmonia sive proportio constituit *hominem*, sive *naturam humani corporis*, quam Hippocrates bonum illius habitum vocat qui subsistere non posset, *si* (uti loquitur l. c. Textu IV.) calidum & frigidum humidum & siccum, moderate & æqualiter sese non haberent, sed alterum alterum multum præcelleret, & fortius debilius superaret. *Aucta* enim *bilis flava copia & acrimonia* pituita imminuitur, & debilior redditur, *eadem* enim, *refrigerata* pituita augetur, unde frigidior totius corporis temperies. Uti docet Hippocr. Lib. de *Natura humana* XIV. Si igitur tota bilis ex sententia Doctoris Le Vasseur auferretur, dubio procul frigus, lictor mortis imò ipsa morbis

is hominis membra occuparet. deo ut ſine illa non magis ſubſiſte- e poſſit quam macrocoſmus ſine gne. Hinc propter multiplicem bilis ſum Galenus lib. v. de uſu partium n principio obſervat Naturam no- uiſſe bilem prope anum excerni, uod, inquit, factum fuiſſet ſi bilis untaxat ut inutile pondus excernen- a fuiſſet, quæ certe naturaliter con- tituta non chilificationi modo ſed & ti loquuntur, ſanguificationi atque fferveſcentiæ ſanguinis in corde at- ue conſervationi Chyli & ſanguinis nſervit. Hinc multiplici conſtat ex- erientia nimiam bilis evacuationem on modo lipothymiæ cauſam fuiſ- e, ſed & mortem aliquoties intuliſ- e. Teſtes ſunt lethales ab acri bile iarrhææ, choleræ, & à vehementio- bus pharmacis hypercatharſes, qui- us ultra modum evacuatâ bile vires roſternuntur, atque Syncope imò & nors quandoque ſubſequitur. Quo

ſpectat hiſtoria, quam Doctus quiſpiam Medicus his verbis perſcripſit Clariſſ. Moëbio. Magnopere, ait, *Olim mihi lecta placuit hæc tua de bile ſententia*, (eſt autem eadem cum ſententia Cl. Sylvii, unanimi ut loquitur Moëbius, avorum judicio comprobata) *& exinde animadvertere cœpi in promiſcuum trivialium Medicorum votum, quod apud ſuos, quos miſere divexabant ægrotos ingeminare ſoliti fuere; dum bilem educendam eſſe dicerent; Utinàm omnem è corpore bilem exturbaremus! Verum quid inde mali evenit? Id nempe quod plurimi cachectici & hydropici fuerint demortui. Tres occubuere uni parenti filii, omnes tandem maraſmo tentati, ultimum diſſectioni meæ commiſit Mæſtus ille genitor. Nullum revera nec vel veſtigium ullius bilis in veſicula adinveni, illæſis cæteris omnibus viſceribus. hinc culpam omnem in diagridiata illa contuli medicamenta crebris illis defunctis exhibita. hunc enim.* *erro-*

rrorem nostros errare sæpiùs deprehendi t à vehementissimis quoque purganti- us non abstinerent in tenera ista ætate deoque præmaturo committant funeri orpuscula longiore dignissima diæta. dem olim à Fernelio, aliisque anno- tuim legimus. Sed hanc veritatem edarguens Le Vasseur, *Nec ullus*, in- uit, *inficias ibit insensissima quæque & terrima quodam tamen calore corpori deo blandiri, ut integra eorum emissio, uod etiam monuit Hippocrates lib. 6. ph. 27. Sit periculo proxima.* Sed uis ferat dissolutam hujus Doctoris rgumentationem; An ergò uti omnis ilis ablatio semper homini nocet ita t omnis puris emissio. Indicare bi- s sui ablationem, uti pus, tota sua na- ıra à corpore nostro abalienatum. Certè totam bilem auferendam non sse docet illius utilitas & necessitas upra abundè probata. pus verò omne uferendum esse indicat ejus inutilitas t noxia. Sed non vidit, uti opinor,

Le Vasseur distinctionem inter evacuationem totius puris, quæ legitimo tramite fiat nunquam nocet, sed semper est instituenda & evacuationem totius puris quæ fit ἀθρόως qua magna puris copia simul profunditur. quam solam Hippocratis perniciosam vocat loco citato, inquiens, *Quicunque Empyi aut hydropici uruntur, aut secantur ἐκρυέντος τοῦ πύου ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, si pus aut aqua universim effluxerit, omnino moriuntur.* Non sine gravi causa Doctissimus Ballonius Ἀθρόον, inquit, *καὶ* Ἀθρόως *magnam vim in arte nostra habere, cum quid dicitur aut fieri, aut excerni* ἀθρόως: *Item cum* διαχώρημα ἀθρόον *dicitur fieri. Verbi enim proprietas non pili facienda* Ἀθρόως *confertim affatimque verti debet: &* ἀθρόον *simul totum, ut sic dicam confertim, multum, agminatim, factum, effusum. Absolutè autem multum, non significat: nam Galenus in Libr: ad Glauconem* φυλακτέον ἀθρόας καὶ πολλὰς κενώσεις: *temperan-*

andum à confectis effusum & multis vacuationibus, sic πολὺ καὶ ἀθρέον *distin-rui videntur. Quicquid enim sit quan-aque quantitate, si simul, universum, otumque excernatur,* ἀθρόως *excerni di-itur, non tàm enim magna copia, quàm epentinum aliquid & celeritas signifi-atur. Ita* Theocritus κατήρικεν ἐς μέλαν *δωρ* ἀθρόος *in nigram aquam universus, requens & confertus incidit, ac si dicas ino ictu hunc celeritatis nota &c.* Non rgò nocet puris evacuatio quia to-um excernitur, imò totum excernen-lum est. Sed nocet quando ἀθρέως to-um confertim, celeriter & uno im-etu excernitur. Bilis verò nullo nodo tota excernenda est. quia pars uædam non utilis modo sed & ne-essaria est. adeo ut subsistere homo equeat sive ἀθρόως sive βραδέως tota mittatur quod tantum abest ut pro-terea cum putridis & penitus inutili-us excrementis conferatur, ut istud lli cum cæteris humoribus utilibus

& partibus humani corporis principibus commune ſit, utpote quibus pariter ablatis totum interit. adeo ut bilis & puris petulans quædam ſit comparatio, quæ Medicinæ Doctorem dedecet. Certè fel Diis antiquitus offerebatur. bonique ominis dicebatur, ſi vel geminum occurrat, quod Divo Auguſtò contigit, quo die apud Actium vicit, Teſte Plinio Hiſtor: Nat. Lib. xi. cap. 37. Sic etiam Arato Sacrificanti idem cùm accidiſſet, aruſpex vaticinatus eſt, conciliatum iri civium diſſenſiones, quòd eventu veriſſimo conſequutum eſt. Teſte Alex: ab Alex. Qui itidem refert fellis magnitudinem in extorum obſervatione fortunata omnia feliciaque promittere. Quæ quantum abſint à purulenta & ſanioſa colluvie nemo neſcit.

Sed rationis præſidio deſtitutus labentem cauſam humana auctoritate & craſſa ſimilitudine ſive comparatione

equi,

qui, aſini & hominis fulcire geſtit.
Ariſtot. videlicet docuiſſet & Plinius
Solipedes cæteris animantibus diu-
tius vivere propter vacuitatem fellis,
Ergò & homines. Suffeciſſet uti opi-
nor ſi dixiſſet hæc Ariſtotelem teſta-
ri, quandoquidem Plinius illa verbo-
tenus ex eo deſcripſit. Sed primum
error eſt equos cæteris animantibus
diutius vivere. Etenim non modo
piſces quædam plures annos vivere
teſtis eſt ipſe Plinius Natur: Hiſt.
Lib. IX. cap. 53. referens ex Anneo
Seneca *Pauſi Cypi in Villa campaniæ
Haud procul Neapoli in Cæſaris Piſci-
nis à Pollione Vidio injectum piſcem
ſexageſimum poſt annum expiraſſe duo-
bus aliis æqualibus ejus ex eodem genere
etiam tunc viventibus.* Cum equus
quadrageſimum, aut ſaltem Ariſt.
Teſte quinquaſimum annum non ex-
cedat. & certè cornix Corvus, Pſit-
tacus quamvis felle non careant eos
ætate ſuperare nemo inficiabitur. &
ut

ut maneamus in quadrupedum classe Elephanti eodem Plinio authore vivunt plerique quantum longævi homines quidam ad ducentesimum perveniant annum. Aristoteles vivere ducentis annis & quosdam trecentis existimat. Hinc Solinus vivere asserit in annos trecentos. Aldrovandus ex Philostrate recitat elephantum trecentos & quinquaginta annos vixisse post prælium, quod Alexander Magnus cum Poro Indiarum Rege gloriose invehat, cui Elephantus ille interfuerat; Neque constitisse quot annorum fuerit antequam pugnatum esset. Non ergò solipedes cæteris animantibus diutius vivunt. Nec est quod dicas Elephantos etiam bile carere istud enim erroneum esse. Statim ex Aristotele probabitur. Nec minor error est solipedibus Vitam prolixiorem esse concessam quia bile carent. Unde Argutus scriptor, Thomas Broun Anglus erroribus vulgaribus

us annumerat Lib. III. errorum po-
ularium cap. 2. Sententiam, quâ
qui bile carere dicuntur. quando-
uidem, inquit, beneficio anatomiæ
:ſe inveniſſe membranoſam quan-
am ſubſtantiam extrinſecus albican-
:m intrinſecus felleam. ego duplici
.cta experientia pelliculam illam re-
eri primum humore ſubacido, dein-
e humore bilioſo cum acido tempe-
ito refertam. quæ cum ductu he-
atico ſeſe exonerabant in ductum
ommunem, in quem itidem humor
cidulus ex pancreate profluebat, at-
ue inde in inteſtinum duodenum, ut
iliofus humor eo loci facta primum
fferveſcentia temperaretur, uti ſupra
liquoties ſignificatum. Admirabar
nagnitudinem hujus ductus commu-
is, utpote qui digitum auricularem
icile capiebat, cujus magnitudini
ariter reſpondebant ductus bilarius
ommunis atque pancreaticus: capa-
itas horum ductuum prohibent ne
gene-

generosum animal nimio ardore inflammatum in furorem incendatur: Inde etiam oritur frequentior, quæ famelico isti quadrupedi accidit, alvi dejectio, effectum alterum liberioris bilis in intestina effluxus. An igitur Aristoteles & Plinius eum secutus errarunt. certe hos non semel lapsos esse nulli non uti opinor constat, atque si illorum mens sit solipedes omni prorsus bile carere, eam isti fabulæ non inconcinnè comparaveris, quæ equæ favonio vento concipere dicuntur eidem Plinio non uno in loco, videlicet libr. II. cap. 21. & libr. VIII. cap. 42. sed ventosos illos equos bile non caruisse, si vitæ longitudo à bilis absentia penderet, ex eodem authore sequitur, postquam enim dixisset, *constat in Lusitania circa Olyßiponem oppidum & Tagum amnem equas Favonio flante obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri & gigni pernitiosißimum ita, sed triennium*

um vitæ non excedere, quem vento-
ım equorum conceptum Varro &
Columella aliique recenſent. eodem
edit, quod Plinius libr. XI. cap. 37.
arrat, *Pecora in Eubœa Chalcide fel
on habere*, & uti ſubdit, *carent eo,
ui abſynthio veſcuntur in Ponto*, &
uæ ſunt iſtius generis innumera; niſi
uis Ariſtotelem & Plinium ita velit
ıterpretari, ipſos noluiſſe ſolipedes
: cervos omni prorſus bile carere,
ed veſicula duntaxat fellea deſtitui,
: ſane hanc ipſorum mentem eſſe,
el hinc conſtat, quia Plinius equo-
um fel virulentum eſſe docet libr.
XVIII. cap. 9. inquiens, *inter omnia
ommunia animalium vel præſtantiſſimi
ffectus fel eſt, vis ejus, excalfacere,
ıordere, ſcindere, extrahere, diſcutere.
ıinorum animalium ſubtilius intelligi-
ur, & ideo ad oculorum medicamenta
tilius exiſtimatur. taurino præcipua
otentia, etiam in ære, pellibuſque colore
ureo ducendis.* & paulo poſt: *damna-
tur*

tur equinum tantum inter venena, ideo flamini ſacrorum equum tangere non licet. Nec alia eſt mens Ariſtotelis, qui libr. 11. hiſt. Animal. cap. 15. prorſus idem in Elephanto videtur obſervaſſe, quod nos in equo, inquiens: *Elephanto etiam jecur ſine felle: ſectione tamen facta circa eam partem, qua fel adhærere ſolet,* ὑγρότης χολώδης *humor felleus effluit plus minus*, quemadmodum & paulo ante dixerat, *cervus felle vacat, quamquam ejus inteſtinum amarum adeo ſit, ut ne à canibus quidem attingatur.* Deinde etiam ibidem notat, fel in omnibus animalibus non eodem modo colligi, ex quibus manifeſtum, Ariſtotelem fellis nomine intellexiſſe, folliculum fellis, quem equos non habere talem, qualem pleraque animantia abunde probatum. certe Hippocrates in equis bilem agnoviſſe conſtat, oſtendens enim quomodo ſegregentur humores, quorum ſecretione ab invicem & ſingulorum

rum correctione morbi fiant, *habet,*
quit, *hæc res similitudinem ad id, quod*
hytæ faciunt ex equino lacte. lac enim
cava vasa lignea infusum concutiunt.
ud autem dum turbatur, spumescit &
ernitur, & pingue quidem, quod bu-
rum vocant, cum leve sit, in superfi-
consistit: grave vero & crassum, deor-
n sidit, quod etiam secretum siccant.
i vero concretum & siccatum fuerit,
opacen ipsum vocant. At serum lactis
edium locum tenet. Sic etiam in ho-
ine, dum turbatur humor, quicquid
us est in corpore, à principiis, quæ dixi,
paratur. Et in superficie quidem bilis
nsistit (levissima enim existit, & pas-
n cum butyro comparatur) secundo
co sanguis: tertio pituita. Gravissi-
us autem horum humorum est aqua.
onstitit itaque & ratione & expe-
entia, & auctoritate eorum, quos
o sese citaverat, solipedes & cervos
le non carere, quod erat proban-
im. at vero etiam Democriti manes
in

in Sylvium atque adverſus bilem excitare ſatagit, quaſi docuerit, bilem flavam humano corpori exitio eſſe verba ejus ſic ſonant: Bilis vero flava, quæ circa hepar verſatur, corpori eſt exitio ubi ebullit. Eſt enim corpori humano grávis, & nullo ejus commodo domeſtica Epiſt: ad Hippocr. ſed primo nihil tale loco à Le Vaſſeur citato reperitur: ignoſcamus tamen illi hunc lapſum, ſecutus enim fuit citationem Mœbii, cujus vitula hoc loco aravit. Sed quæſo, licet hæc à Democrito dicerentur, quid inde inferri poſſet? non enim ibi ſtatuitur bilem ſemper eſſe corpori exitio, ſed tantum ubi ebullit præternaturaliter videlicet ſeſe habens, adeo ut Le Vaſſeur argumentetur *à bile præternaturaliter ſeſe habente*, quam nocere Sylvius centies monet, eique in praxi ſuâ mederi ſtudet; *at bilem naturaliter diſpoſitam*, quam utilem nobis eſſe & neceſſariam ſupra demonſtratum.

Pari

ıri certe ratione ſanguis cum cæ-
ris humoribus , imo cor & cere-
um , & ſimilia male diſpoſita no-
nt, quibus tamen bene diſpoſitis ca-
re neutiquam poſſumus.

Sed quandoquidem Democritum
ſtem ſuæ futilitatis infeliciter cita-
t , idem litem hanc dirimat, qui
ippocratis judicio Philoſophorum
mmus eſt , & cujus Philoſophia
m parum abeſt à Carteſii placitis,
huic viſum fuerit operæ prætium
ꝺctrinam Democriti à ſua data ope-
diſtinguere. Democritus igitur,
i refert Hippocrates Epiſt. ad Da-
agetum, poſtquam reſpondiſſet ſeſe
ccupatum eſſe circa cauſas inſaniæ &
lis naturam ac ſedem, ſubdit num:
7. *noſti enim hanc*, videlicet bilem,
roris cauſam eſſe, (an ſimpliciter?
ſit. ſed) *ubi nimium redundarit; in
nnibus equidem à natura ineſt: ſed in
ibuſdam minus, in quibuſdam am-
ius. at* ἀμετρίη *immoderatio ipſius mor-
bi*

bi ſunt , ipſa velut materia aliquando bona, aliquando mala ſubjacente. & ego , (reſpondet Hippocrates) *Per Jovem, inquam, o Democrite, vere hæc & ſapienter dicis.* Non ergo Democritus bilem abſolute damnat, quod perabſurde hinc voluit exſculpere Le Vaſſeur, ſed illius exceſſum, quem nemo unquam laudavit.

Paracelſum denique invocat, qui ſel abſolute noxium & inutile dixerit. certe puerorum eſt χρείαν hinc inde compitantium ſine delectu ex quibuſvis authoribus excerpere, & citato quovis nomine, putare ſeſe officio defunctum eſſe. Quænam quæſo hæc eſt illatio, Paracelſus hoc ait, ergo verum eſt ; aut ſi mavis, ergo Sylvius hæc concedere debet, qui Paracelſi nullibi vel minimam fecit mentionem. indubium eſt Paracelſum uti multa ſcripſit veritati conſona, ita etiam varia à veritate aliena pro veris venditaſſe, quo loco habenda ſunt

verba

rba à Le Vaſſeur citata Pag. 25. ſi
ſolute ſumantur: cum tamen Para-
lſus cap. ſequenti XII. non omnem
em, ſed nimiam duntaxat ejus co-
ım demere voluerit. *Fellis enim*,
quit, *conſumendi*, *ita*, *ut*, quan-
n ejus eſt inutile, *aboleatur*, *pro-
ſus iſte eſt*, *ut omnes à felle prognati
rbi tollantur*, *nec ab eo deinceps ulla
vel ægritudo inducatur*, quinetiam
leſtibus & potentibus humani cor-
ris partibus bilem annumerat, poſt-
am enim dixiſſit libro, qui illi in-
ribitur, *Parentheſis intercauſæ liber
I. Pagoyum 3. tractatus de Ente na-
rali cap. I. uti cælum cum omni ſuo
mamento*, *conſtellatione & cæteris
cundum & per ſe ipſum*, *ſic homo quo-
e conſtellatus intra ſe & pro ſe erit
tenter.* & poſtea diſtinctius micro-
ſmum cum macrocoſmo conferens,
ptem planetis totidem humani cor-
ris partes reſpondere fingit, *Cor*
. gr. *Soli*, *fel Marti* & ita porro,
quin

quin etiam ibidem cap. x. quod eatenus omnino Hippocraticum est, *quatuor complexiones* humorum enumerat, *aciditatem*, *dulcedinem*, *amaritudinem & salsedinem*. & paulo post, *si*, inquit, *amaritudo præcellit, cholericus est, si dulcedo phlegmaticus &c*, ex quibus luce clarius constat Paracelsum revera nonnisi bilis excessum damnare, quamvis nostra nihil referat, quid Theophrastus Bombast alicubi dissolutius & per incogitantiam dixerit, aut etiam quid aliunde in illius scripta irrepserit, voluimus tamen & ipsum cum cæteris à D. Vasseur citatis testibus in ipsum Le Vasseur retorquere.

Medici igitur officium est, bilem non minus, quam cæteros humani corporis humores in naturali statu conservare, eamque à sanitatis perfectione deflectentem corrigere, aut expurgare quandoque ejus copiam imminuendo, volatilitatem compescen-

ſcendo, craſſitiem ſolvendo & diluendo, acrimoniam temperando, & obtundendo. vel etiam propter alias cauſas ejus quantitatem augendo, ejuſque ſubſtantiam incraſſando, vel etiam ejus volatilitatem incendio augendo, inertiam excitando, atque acrimoniam acuendo, quæ cum ſint veriſſima Hippocratica, & ad veram praxin neceſſaria, uti ex ſupra dictis manifeſtum eſt, ſequitur Doctorem Le Vaſſeur, qui bilem omnem eliminandam eſſe docere debet, ſi inutilis eſt, ſi noxia, ſi vitam breviorem reddit, eandem praxin exercere cum eo, qui Parentem optimum duabus filiis turpi ſua inertia orbavit, de quo ſupra: ut neceſſe ſit ipſum meliora Praxeos fundamenta ex Hippocrate & Sylvio ſibi comparare.

Sed totum quod ipſum à tramite abegit non eſt niſi craſſa ignorantia eorum, quæ accuratè ſcire medici eſt; & ſolummodò Andabatarum more im-

impugnat quod ignorat *verbosus Medi-cus*, intelligere enim non potuit *D. Le Vasseur*; quomodò bilis, cujus utili-tatem hactenus probavimus & defen-dimus, hos usus exerceat; quomodo videlicet crassiores & tenaciores eju partes crassioribus fecibus adhære segregatis aliis partibus liquidioribu minus flavescentibus; Putat enim Le Vasseur *p.* 16. incorrupto chyli nitid puroque candore bilis partes cum e simul ad cor venire; Absonum ver esse sane rustici nostrates ipsi com monstrassent ad oculum simile qui fieri, cum ex lacte bovillo aut ovill caseum conficiunt stercoris ovilli vi rore tinctum.

Etenim Acidum sive coagulum quod lacti in hunc finem permiscent & salsum seri, quod lacti naturâ inest post quandam pugnam sibi mutuò ad hærescunt, atque inde illius seri parte redditæ sunt crassiores, quam ut oc cupare possunt interstitia crassiorum

& magis ramoſarum particularum
lactis, quæ anteà diviſæ ſero innata-
bant, unde partes illæ ramoſæ ſibi
adhæreſcunt, earumque concretione
ſive coagulatione poſtea fit caſeus; ex
viridiſſimâ autem illâ coagulatâ maſ-
ſâ ſive caſeo, cui ovillorum ſtercorum
tinctura intricata eſt, ſerum ſubalbi-
dum profluit; nec aliam novi ratio-
nem quare Hippocrates *Aphor:* 72.
ſect: IV. & alibi ſæpè toties monet,
malum ſignum eſſe cum phrenetico-
rum & melancholicorum urinæ pel-
lucidæ ſunt & albæ; quam quia bilis
ſanguinis ramoſis particulis potius ad-
hæret; ſero pariter à ſalſi & acidi
acrimoniâ craſſiore reddito. quod,
quia tum à ſanguinis particulis rubi-
cundis ſive magis ramoſis ſeparatur;
fit ut ſolitò plus mingatur, uti non
ſemel in phreniticis obſervavi, undè
ſanguis duplici de causâ juſto calidior
& acrior redditus phreneſim produ-
cere poteſt: Ciniflones certè chymici
H gens

gens illa barda, uti loquitur pag: 77. rident noſtrum Doctorem, quod nunquam vel ullam limpidiſſimæ aquæ ex viridibus plantis deſtillationem vel præcipitationem quandam unquam obſervaverit. Creta in pulverem redacta & aceſcenti cereviſiæ permixta, ita per ſuam ſalſedinem acidis cereviſiæ partibus præviâ effervefcentiâ adhæreſcit, ut cum iis præcipitetur ad fundum, relicto ſuperiùs liquore clariſſimo, qui antea fuerat turbulentiſſimus. Sed quid multis? an non à coagulato ſanguine non rubicundo modò, ſed & ſæpè atro-purpureo ſeparatum eſt ſerum limpidiſſimum incorrupto, nitido, puroque candore? notius igitur eſt, uti opinor, ex dictis, quàm ut ulterioribus probationibus tempus pretioſum ſit dilapidandum. Bilem ex orificio meatûs bilarii in Inteſtinum duodenum effundi, eam cum Succo Pancreatico ibidem profluente atque pituita inteſtinali miſceri

ceri ac effervefcere: cibum per ean-
em viam inteftinum videlicet fenfim
ranfire, ut bili & Succo Pancreatico
ermifceatur; bilis partes vifcidiores
crafsiores, id eft, flavedinis inten-
oris (quò enim ea dilutior eft eò mi-
us flavefcit) eadem poft effervefcen-
am coagulari, ac fæces, cum quibus
lis arctior nexus eft infici; chylum
bicantem, à tota denique illa maffa,
uæ ex Triumviratu & cibo in ftoma-
ho cocto componitur, tenuiorem hu-
orem, vi motus periftaltici velut fe-
um ex cafeo, fecerni nitidum, purum
candidum, atque per venas Lacteas
iafque vias ad Cor cæterafque huma-
i corporis partes diftribui. Eafque
ro diverfitate fuæ conftitutionis aut
aturaliter aut prçternaturaliter affice-
, quæ quidem omnia tot manifeftis
gumentis, rationibus & experimen-
s demonftrata funt, ut, qui hæc non
telligat, difciplinæ incapax videatur.
Afferta igitur veritate vix videtur
H 2 ne-

necesse reliqua minoris momenti dubia, quæ vel sua sponté collabuntur, solvendo, meum & *Lectoris* otium minus necessariis terere. Ne tamen hic ansam acciperet calumniandi, strictim scrupulos illi eximam; Ex iis quæ hactenus demonstrata sunt, vel sua sponté sequitur quid respondendum sit ad quæstionem quartam & ultimam supra *pag:* 32. propositam, videlicet, an cor vi effervescentiæ intestinalis bené & malé afficiatur, & speciatim febris à quodam illius vitio excitari possit? Cor bené vel malé affici à naturali vel præternaturali effervescentiâ, tum quatenus spiritus & reliquæ partes subtiliores convenientes effervescentię intestinalis operâ ex cibo fermentato excitatæ in cor assurgunt, tum etiam quatenus halitus, vapores & quandoque flatus vehementiori forté intestinali effervescentiâ excitati per venas lacteas inprimis ad cor convolant; . . . .

quam-

quamvis verò oculis corporeis inconſpicuum ſit; ſpiritus tenuia corpuſcula, per poros corporis diffundi, hoc tamen ſi non contingeret, fruſtrà epithemata, emplaſtra atque fomenta varia adhiberentur, quorum uſus ab omnibus Medicinæ Peritis commendatur, ut eorum ſpiritus ſive tenuia corpora per cutis & cæterarum interiorum partium ſpiracula prorumperent. Nec aliâ viâ venenum ſive extrinſecus illatum, ſive ore aſſumtum, quam per venas (undè nomen ſortium dicitur) ad cor diffunditur: ab efferveſcentiâ denique inteſtinali cor nalè aut benè afficitur, quatenus chylus probè aut vitioſè diſpoſitus efferveſcentiæ in corde naturalis aut præternaturalis cauſa eſt: atque ipſe chylus ſequenti concoctione, quæ in corde peragitur, accuratè aut minus accuratè aut nullatenus in ſanguinem poteſt converti, quatenus vitium antecedentis concoctionis facile, difficulter,

 culter,

culter, aut nullatenus ſequenti corrigitur. Dico difficulter; labitur enim D. Le Vaſſeur p. 41. ubi abſolutè negat, vitium primæ concoctionis ſequentibus corrigi poſſe; at certè quandam cruditatem primæ concoctionis repetitis concoctionibus tandem ad maturitatem reduci nemo negaverit, qui accuratiùs intellexerit ſanguinem non modò ſemel in dextro cordis ventriculo effervefcere atque iteratò in ſiniſtro, ſed etiam eum per totum corpus diffundi atque in arteriis & venis velut balneo quodam præparari atque ad Cor reverti, ut tandem multiplici rectificatione ſanguinis perfectionem adipiſcatur.

Sed reſiſtit iterum rei manifeſtæ Le Vaſſeur, inquiens pag. 30. *Dum igitur igneum ex ejus placito flumen*, ποταμοὺς οἷσι ἄρδεται τὸ σκῆνος, i. e. *flumina quibus corpus irrigatur*; ſeu ἔναιμα νεῦρα i. e. *nervos ſanguifluos, venas dico, percurrit, ut ad cor tandem, ex ejus voto,*

oto, perveniat, quid ni venæ pulsant? Docet enim in corde ac arteriis, διάστολὴν sola prætereuntium succorum copia & bullitione celebrari. Non solùm igitur descendens cava, Triumviratu fæta turgidaque distendi deberet & pulsare; sed eò magis succussione arterias superare, quò uniuscujusque virtus, si nullâ additione vires acquirat eundo, circà exortum, ἰσχυροτέρη vegetior, & infra-tior existit.

Tantùm abest omnem effervescentiam esse igneam ut præter evidentissimam rationem manifestissimo experimento, beneficio Thermometræ, de quo suprà, constet dari effervescentiam non calidam modò sed & frigidam, & blandam probetur. Quod πρῶτον ψεῦδος, quantas illis peperit sollicitudines, quantos labores! Sed quidnam illud est? *Dum*, inquit, *igneum ex ejus*, putà Sylvii, *placito, lumen venas percurrit* &c. Si statuat Sylvii sententiam esse, quod ubique

 urget,

urget, effervescentes humores semper calidos esse, imò eos incendi & conflagare, uti pag. 41. 44. &c. injurius est in Sylvium qui, (uti vel ex ipso scripto Doctoris Le Vasseur constat) disertè docet pro ratione humorum effervescentium excitari effervescentiam frigidiorem, calidiorem & blandam, quod ut falsissimum, Sylvio sæpè exprobravit, supra non semel demonstrare coacti fuimus. si verò sententia Doctoris Le Vasseur, ex Sylvii hypothesi erronea sit obortâ nempè effervescentiâ calidâ venam cavam descendentèm pulsare quod objicit Le Vasseur, certè magis magisque suam prodit famam, utpotè qui auctoritate cujusdam seductus palàm ostendit sibi prorsus ignotum esse quid sit Pulsus & quâ vi fiat. Etenim pag. 31. ex Galeno negat *arterias, vi caloris & spiritûs à corde in eas influentis, dilatari: sed quâdam facultate quam arteriarum cordi continuarum tunicæ*

semper

ſemper ab eo proficiſcentem obtinent. qui locus iterum non legitur loco ab ipſo citato, ſed ex Lib. de Uſu Pulſuum cap. 5. ubi Galenus adverſus Eraſiſtratum contendit, *non dilatari arterias, quia implentur, ſed impleri quia dilatantur, atque arterias perinde ut Cor ſeipſas movere, viciſſim ſe attollentes ſubmittenteſque, idque eadem, quâ ipſum, vi.* Reſpondet ad hunc ocum Doctiſſ. Caſp. Hofm, & quidem in apologia pro Galeno certe Galenus hîc uti à veritate ita & ab antiquitate diſcedit, uti vel ex textu citato liquet, cum Eraſiſtratus quo fuit Ariſtoteli ex filiâ nepos ſit ipſo longe ntiquior. Imò Ariſtoteles Galeno onge ſuperior. expreſſis verbis contrarium docet Lib. de Reſpiratione ap. 20. ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ, ἡ τῆς ἀεὶ προσιόντος ι τῆς τροφῆς ὑγροῦ διὰ τῆς θερμότητος ὄγκωσις οιεῖ σφυγμόν. αἴροντος τὸν ἔσχατον χιτῶνα τῆς ρδίας. i. e. *in ipſo autem corde tumeictio humoris* (id eſt, effervefcentia ſan-

ſanguinis in corde) *qui ſemper è cibo accedit, ultimam cordis tunicam elevantis, pulſum facit atque hoc ſemper ſinè ullâ intermiſſione facit.* Unde in fine ejuſdem capitis naturalem pulſum definiens, inquit, Σφύξις ἡ τοῦ ψυχροῦ θερμαινομένου πνευμάτωσις· *Pulſus eſt humoris concaleſcentis inflatio.* Sed pudet ſanè de antiquitate certare ſuper re hoc noſtro ſeculo accuratiùs repertâ. quâ vi Cor ſuâ diaſtole aperiat arterias atque diſtendat fibrarum ope, aut in quo conſiſtat illa facultas arteriarum, quâ dilatato corde arteriæ ad extremitates digitorum uſque diſtendantur: quomodo teretes & cavæ arteriæ fibris ſuis parietes ſuos diducant non faciliùs dixerit aut animo conceperit, quàm quomodo ter tria fiant decem. Cùm contrà facilè intelligatur ſanguinem ex corde prorumpentem in arterias ſanguine plenas, totum ſanguinem, qui iis continetur, propter continuitatem, & rerum cunctarum pleni-

plenitudinem eodem momento debere impelli, cujus ex corde expulsi sanguinis effectum & indicium est Pulsus, ejusque differentias vel ex sanguinis copiâ vel ex pulsus vehementiâ vel frequentia, vel duritie vel ex signis his contrariis vel denique & ordine desumi norunt, qui quicquam. Præter rationes experimentum dabimus; ut oculis suis credat, qui rationi diffidens alienis opinionibus mavult adhærescere quàm rationi. Læsâ Arteriâ sanguis ex ea singulis pulsibus novâ prorumpit vehementiâ. quod non fieret si arteria diastole sese dilataret; quin potius in Systole sive earum contractione sanguis ex iis impetuosius exprimeretur. Sed accipiat tubulum vitreum eique si vel guttam flando indat, statìm liquor omnis eo contentus magno licet intervallo dissitus simul impelletur. Si mihi cum pueris res esset intestinula quædam illi tubulo annecterem quò illorum oculis

oculis caussa pulsûs sive distensionis arteriarum palàm innotesceret. præterea & alia multiplex ratio subest, quare dicere non debuisset Chylum in vena Cava *descendente*, pulsum excitare, tum quia illi non constat chylum per illum venæ ramum contendere ad cor tum etiam quia licet chyli quædam portio per eam ad cor ascenderet pulsus tamen nullus excitaretur; uti nec pulsus in ascendente venæ cavæ ramo, tum quia chylus atque sanguis in illum non impetu quodam & confertim uti sanguis ex corde in arterias proruit, sed per parvos varios canaliculos & exiguos poros. Hanc itidem causam esse propter quam venæ pulsus sunt expertes, quamvis sanguis ex arteriis in eas profluat, quia videlicet sanguis ex arteriis capillaribus in capillares venas & ex iis in ampliorem concavitatem diducitur ea vehementia sanguinem in venas non prorumpere, quâ ex corde in arterias,

erias, utpote qui modo plane con-
rario ex eo in ampliſſimas arterias &
ex iis in minores & tandem minimas
proruit. Taceo efferveſcentiam in de-
ſcendente venæ cavæ ramo tam facile
non *excitari* quia cauſæ efferveſcentiæ
nter quas uti ſupra viſum etiam enu-
neratur humorum acidorum & ſalſo-
um contrarietas, in ea tanta non eſt,
uanta quidem datur in ſanguine
ſcendente & deſcendente chylo &
ympha ſibi commiſſis. quibus ac-
edit, majorem illum, qui eſt in cor-
e, calorem atque ſpirituum vibra-
onem requiri ut ſanguis ita movea-
ur, elevetur, rareſcat: & modo ſu-
ra explicato augeatur aut potius au-
eri videatur, ut ex corde prorumpat;
eque quod ſerio notatum velim ef-
ervéſcentia pulſum facit, (alias enim
ille in inteſtinis obſervaretur) ſed
uptio ſanguinis è corde in arterias
efferveſcentiæ, unde ſequitur licet
venæ cavæ ramis quædam accide-
I ret

ret effervescentia uti accidit in febr cujus efficacia omnem humani corporis sanguinem effervescere constat non tamen inde majori probabilitat sequitur eas debere pulsare, quam cæ teras venas quæ tamen præter ali signa etiam pulsu propter ratione modo recitatas ab arteriis discernun tur.

Sed & aliud veritati objicit: no vidit quomodo acidi vapores vi effer vescentiæ ex intestinis ad cor possin depelli, cum acida maxima sui part fixa sint, uti urget pag. citata 63.

Unde certe testatum facit se nun quam oculis medicis hoc negotiun scrutatum fuisse: si enim unquam na res adhibuisset fermentationi aut ef fervescentiæ humorum, nunquam e de re dubitare potuisset, signum enin illud à chymicis observari sufficient fermentationis quando acor fermen tescentis materiæ nares ferit, vel ty rones norunt. Certe quotiescunqu

cervi

cerevisia in cellis coctorum fermentescit, omnia acidis halitibus repleri nemini latet. Quod si acria etiam in frigidiori aëre vel leviter fermentescentia atque effervescentia aciditate quadam nares vehementer feriunt, quanto magis illud accidit in intestinis calidis, uti experimento supra relato tot studiosis spectatoribus re ipse probatum fuit. Si minus fidat naribus & dubitare pergat an acidus vapor à materia fermentescente atque effervescente separetur ex. gr. cucurbitæ vitreæ, in qua fit humorum effervescentia vel fermentatio applicet retortum aliquem tubulum, cujus orificium inferius applicetur ollæ cui lac dulce insit & videbit aliquanto tempore post cum còquitur, coagulari lac lactili argumento acidos vapores ex a materia effervescente fuisse disturbatos. Ructus & halitus acidi quos à idorosis tam serio non distinguendos docerent hippocratici medici, ex sto-

macho per os non aſcenderent. u
hyperbolicè illius rhetoricationes, i
eſt, vana fallacia aqueiſque coloribu
picta halitibus illis ſponte diſperiant.

Mirum igitur nulli, uti opinor, co
hominis diverſimode affici ab efferve-
ſcentia diverſa diverſorum efferve-
ſcentium humorum, quorum halitus
ſpiritus, flatus, vapores in ipſum co
illabentes illud ſuaviter demulcet ve
illius contenta depravat, accendit at-
que ad vehementiorem agitationem
incitat, vel contra illorum motum im-
pedit atque vel planè vel ferè ſuffocat:
vel alia quâdam pravitate eadem im-
buit qua cor vel minus vel magis ad
motum ſtimulatur. Hæc autem omnia
utpote naturalem ſanguinis & ſpiri-
tuum in corde generationem turbantia
non parum ſanitati obeſſe qui non vi-
dit lucem odiſſe videtur.

Sua ſponte igitur hinc profluit fe-
brem ex devitiata illa efferveſcentia
trium illorum humorum in inteſtinis

ex-

exoriri posse. Quod ultimo susce-
pimus probandum.

* * * * *

* * * *

* * * * *

In plurimarum febrium intermittentium paroxysmis ita abdomen ut plurimum distenditur ut si quis linteo quodam intermissionis tempore mensuram crassitiei corporis ea parte perceperit, experiatur ipsum tempore accessionis febrilis octavâ parte crassiorem evasisse. tumque anxietates, murmura, dolores, ructus, borborygmi, &c. excitantur; quæ si non intelligat Le Vasseur experiatur audiat & intelligat hippocratem sect. 4. aph: 73. sect. 5. aph: 64. & sect. VI. aph: 40. & alia: videatque D. Le Vasseur quantum à veritate, auctoritate omniumque experientia, (propriis præjudiciis obcæcatus) aberraverit.

EPI-

EPILOGUS.

Satis superque Doctrina de febrib[…] *ex dictis elucescit; plura verò qui d*[…]*sideret, adeat Caput* XXVII, *& s*[…]*quentia* de febribus praxeos Medic[…] Clarissimi & Experientissimi Viri D[…] Francisci de le Boe Sylvii Praxe[…] Medicæ Professoris primarii; *& bre*[…] (*annuente* Divino Numine) *tractulu*[…] *de febribus, hisce dictis fundamentis in*[…]*nitentem, studiosis Lectoribus dabimus.*

FINIS.